

20/215



mus u
lunthi

Handwritten signature or initials in cursive script, possibly reading "Handate" or similar.

et hian

unipm

al. 511

Faint, illegible text at the top of the page, possibly a title or header.

Large block of faint, illegible text in the middle of the page, possibly a main body of text or a list.

Apud heredes Jacobi Indica.

SI 27. 1. 1. 1.
CANTAB.

FRANCISCI

IUNCTINI FLOREN-

TINI S. T. DOCTORIS

Tractatus iudicandi re-
uolutiones nati-
uitatum.

*Omnia, qua pertractantur in hoc libro non solum
Astrologis, sed etiam uniuersis bonarum
artium studiosis utilia, & iucunda:
atque aliter explicata, quam
hactenus fuerint ab
aliis tradita.*

Vir Sapiens dominabitur astris.



*deel con
de scalas*

*de carnalitate
de Lucea*

fr. Jacinto de la passion

LVGDVNI,
Apud hæredes Iacobi Iunctæ.

M. D. LXX.

cajon 43.

COPIA



PETRO ARNALDO

NAVALIO VIRO FORTISSIMO,

apud illustrissimum Nemurensem

Ducem cohortis prætoriæ

præfecto, Franciscus

Iunctinus S. D.



NON me fugit, Petre Arnalde Navali, quam necessarium sit iis qui per Astronomicam rationem

diuinandi studio tenentur, hoc opusculum de Natiuitatũ revolutionibus, quod hoc tempore tuo nomini claro, atque illustri inscriptum edendum curauimus.

Quis enim ignorat, quin omnibus Astrologorum ratio ab eorum hominum natalibus ducatur, de quibus futura præsentio, ac diuinatio est? Ac Babylonij quidem, Indi, Aegyptij, Persæ, apud quos hæc

A 2

EPISTOLA.

facultas diuinandi exculta maxime, ac summo in honore habita est, cum quidem non privati solum, sed reges maximi, ac potentissimi eius in primis studiosi haberentur, non prius in explorandis vitæ hominum euentis quidquam aggrediebantur, quam reuolutionem anni eorum natalis inspexissent, à quibus cōsulebantur. Erat autem hoc eorum institutum, ut si quid præclari ex hac inspectione portendi animaduverterent, letis omnibus rem auspicarentur, sin contra quid futurum intelligerent, quod detestandum execrandumque videretur ab incepto desisterent, ab hac prædicendi ratione maxime auersi. Quamquam vero multa à nobis in hoc libro explicantur, quæ iam ab aliis quoque scriptoribus magna cum laude tradita sunt, quorum celebre nomen apud nostros homines habetur: hoc tamen, nisi nos fallimus, iis nostra præstant,

praestant, quod multo apertiora illis, et clariora, cui rei maxime studuimus, inuenientur. Ita autem omnia complexi sumus, ut nihil iam, quod ad hanc tractationem pertineat, desiderari posse videatur. Quoniam vero annui natalitij thematis volumina, non solum qui euentus singulis annis futuri sint ostendunt, sed superiorum orbium afflatus digerunt, atque perficiunt, qui per genituras significantur, non immerito radix una, altera quasi rami esse dicuntur. Quae quandoque ita sint, illud tamen est maxime memoriae prodendum, ea quae docti homines hac facultate innixi praedicunt, non vera semper, sed similia veri, non certa, sed dubia, non rata, firma, constantia, sed ut ei visum est, cuius nutu, atque imperio cuncta administrantur, libera in homine manente facultate agendi, quae velint, multisque semper è

EPISTOLA.

secundis causis exorientibus rebus, quæ
impedimento agentibus sint, pro materia
contumacia et vi, varia, dubia, incer-
ta, fluxa, et lubrica habēda: ut magno-
pere et ij reprehendendi sint, qui tāquam
dij aliqui in terris rerum prædictionem
sibi sumant, certam, stabilem, constan-
tem, non vagam, non errantem, futu-
rāque adeo veluti præsentia spondētem,
et qui iis prædicentibus, fidem habeant
digni sint habendi, qui à coetu et conui-
ctu hominum amoveantur. Placuit au-
tem has lucubrationes tibi, vir clarissime
inscribi, ut cum te unum ob mirificam
tuam in omni laude præstantiam iam
pridem mihi amandum, colendūmque
censuissem, hoc mei amoris erga te atque
observantiae monumentum ad po-
steritatem exstaret. Vale.

Lugduni. Die 25.

Maij. 1570.

Petri



PETRI BIZARI


DECASTICON

ad Lectorem.



*SI cupis astrorum cursus cœliq; meatus
 Noscere, quidque ferant lucida signa poli:
 Unde sit humanis tam mira potentia rebus,
 Quiduè hic efficiat Sors variata vices:
 Num certa ratione Orbis certóq; regatur
 Consilio, an Fato vis queat vlla dari:
 Perlege quod docta Iunctinus scripsit in arte,
 Nota statim fient quæ latuere prius.
 Multi hoc tentarunt. Pauci potuere: sed inter
 Paucos hic merito connumerandus erit.*

A 4



DE ERIGENDIS

*figuris caelestibus pro annorum
revolutionibus ali-
cuius nati.*



V V M Iulianus annus ad So-
lem referatur, omnes Ge-
nethliaci cōuersiones annuæ
supputare consueuerunt à
Solis peragratiōe: quum igi-
tur reuolutio alicuius nati sit reuerfio Solis
ad eundem punctum Zodiaci, in quo fuit
natiuitatis hora: debes secundum id tem-
pus fabricare figurã duodecim domorum
cælestium, & supputare loca planetarũ per
medios motus, & certos cursus, per quos
computatum fuit natiuitatis initium: & sic
nulla erit discordia in cōputationibus. Ve-
rum ad euitandos huiusmodi labores sup-
putationis, exarauimus sequẽtem tabellam,
secundum quam ages in hunc modum.

Dato nati alicuius anno, ad quem reuo-
lutio constituenda est, ingredi tabellam
reuolutionum natiuitatum cum annis com-
pletis, eosque inquire in columna annorum
expressa à parte sinistra numerorũ chara-

teribus, & è regione eorũ offerent se horæ cum minutis, & aliis fractionibus horarum, quæ semper addantur tempore natiuitatis, ac prodibunt horæ & minuta reuolutionis natiuitatis. Hoc tempus deinde æquandum est propter motũ octauę sphærę hoc modo.

Ingredere tabulam æquationis reuolutionum natiuitatum cum vero loco Solis in radice natiuitatis, signum Solis in capite tabulæ, gradus vero in sinistro margine inquirens, & numerum in profelyde angulari seu angulo communi, vt vocant, inuentum multiplicata per annos nati exactos & cõpletos, multiplicatos vero pro 60. diuide & productum diuisionis à tẽpore inæquato subtrahe vel eidem adde, prout litera A. vel S. profelydi angulari præfixa fuerit. Hoc modo verum & æquatione correctum tempus reuolutionis dati anni prodibit in horis & horarum scrupulis. Diem vero eum assumes ex Ephemeridibus, cui respondet locus Solis numero graduum & minutorum proximè minor eo, quem in radice natiuitatis Sol occupat. Inuento igitur die, hora, & minuto reuolutionis, facile iuxta doctrinã Ephemeridum figuram cælestem eriges, cui postea singulorum planetarũ loca inferenda sunt.

Tabula


*Tabula revolutionum in natiuitatibus ex vera anni
Tropici equalis, siue mediij magnitudine.*

anni	H.	m.	se.	ter.	qua.	anni	H.	m.	sec.	ter.	qua.
1	5	49	15	58	51	31	12	27	14	24	17
2	11	38	31	57	42	32	18	16	30	23	8
3	17	27	47	56	34	33	0	5	46	21	59
4	23	17	3	55	25	34	5	55	2	20	50
5	5	6	19	54	16	35	11	44	18	19	42
6	10	55	35	53	7	36	17	33	34	18	33
7	16	44	51	51	58	37	23	22	50	17	24
8	22	34	7	50	50	38	5	12	6	16	15
9	4	23	23	49	41	39	11	1	21	14	57
10	10	12	39	48	32	40	16	50	37	13	48
11	16	1	55	47	23	41	22	39	53	12	39
12	21	51	11	46	14	42	4	29	9	11	38
13	3	40	27	45	6	43	10	18	25	10	21
14	9	29	43	43	57	44	16	7	41	9	12
15	15	18	59	42	48	45	21	56	57	8	4
16	21	8	15	41	30	46	3	46	13	6	55
17	2	57	31	40	20	47	9	35	29	5	46
18	8	46	4,6	39	12	48	15	24	45	4	37
19	14	36	2	38	3	49	21	14	1	3	28
20	20	25	18	36	54	50	3	3	17	2	20
21	2	14	34	35	45	51	8	52	33	1	11
22	8	3	50	34	36	52	14	41	49	0	2
23	13	53	6	33	26	53	20	31	4	58	53
24	19	42	22	32	19	54	2	20	20	57	44
25	1	31	38	31	10	55	8	9	36	56	36
26	7	20	54	30	1	56	13	58	52	55	27
27	13	10	10	28	52	57	19	48	8	54	18
28	18	59	26	27	43	58	1	37	24	53	9
29	0	48	42	26	34	59	7	26	39	51	51
30	6	37	58	25	26	60	13	15	55	50	42

Tabula

DE NATIVITATVM

Tabula equationis temporis revolutionum.

	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓
sec.	2.	2.	2.	2.	2.	2.	2.	2.	2.	2.	2.	2.
G.	m.	m.	m.	m.	m.	m.	m.	a.	a.	a.	a.	a.
0	0	17	28	33	30	19	3	14	29	34	29	17
1	1	17	28	33	29	18	2	15	29	34	29	16
2	1	18	29	33	29	18	2	15	29	34	29	16
3	2	18	29	32	29	17	1	16	29	33	28	15
4	2	18	29	32	28	17	1	16	29	33	28	14
5	3	19	29	32	28	16	1	17	30	33	28	14
6	3	19	29	32	27	16	0	17	30	33	27	13
7	4	19	29	32	27	15	1	18	30	33	27	13
8	4	20	29	32	27	15	2	18	30	33	26	12
9	5	20	30	32	26	14	2	19	30	33	26	12
10	6	21	30	32	26	14	3	19	31	32	25	11
11	6	21	30	32	26	13	3	20	31	32	25	11
12	7	21	30	32	25	12	4	20	31	32	24	10
13	7	22	30	31	25	12	5	21	31	32	24	9
14	8	22	30	31	25	11	5	21	31	32	23	9
15	8	23	31	31	24	11	6	22	31	32	23	8
16	9	23	31	31	24	10	7	22	32	32	23	8
17	9	23	31	31	23	10	7	23	32	31	22	7
18	10	24	31	31	23	9	8	23	32	31	22	7
19	11	24	31	31	23	9	8	24	32	31	21	6
20	11	24	31	31	22	8	9	24	32	31	21	6
21	12	25	31	30	22	8	9	24	32	31	20	5
22	12	25	32	30	22	7	10	25	33	31	20	4
23	13	26	32	30	21	7	10	25	33	30	20	4
24	13	26	32	30	21	6	11	26	33	30	19	3
25	14	26	32	30	21	6	11	26	33	30	19	3
26	15	27	32	30	20	5	12	27	33	30	18	2
27	15	27	32	30	20	5	13	27	33	30	18	2
28	16	28	32	30	19	4	13	28	34	30	18	1
29	16	28	33	30	19	4	14	28	34	30	17	1

Figuram

*FIGVRAM CAELESTEM
duodecim domorum erigere.*

QVum ascendentem & eius gradum reuolutionis alicuius nati scire volueris, disce primum signum & gradum Solis in radice natiuitatis: cum quo ingredi tabulam sequentem, vel in tabulam domorum illius habitationis, & in fronte tabulae quaere signum Solis, & in columna decimae domus assignata perquire gradum Solis: quo inuen-
to per lineam transuersalem versus sinistram accipe horas & minuta temporis à meridie: quas horas adde horae tuae reuolutionis prius inuentas per primum canonem, & resultabit verum tempus, & ad id tempus constitues ascendentem, & reliquas domos pro reuolutione illa. Nam ipsae horae principium decimae, vndecimae, duodecimae, primae, secundae, & tertiae domus ostendent. Sex domibus quantum ad earum initia, aut cuspides cognitis, aliae sex per diametralem oppositionem in ipso zodiaco facillime cognoscuntur.

Tabula

DE NATIVITATVM

Tabula domorum ad 45. Gradus latitudinis.



Tēpus à meridie.		10	11	12	1	2	3	Domus.
		♈	♉	♊	♋	♌	♍	
H.	m.	g.	g.	g.	g.	g.	g.	
0	0	0	10	23	22	13	3	
0	4	1	11	24	22	14	4	
0	7	2	12	24	23	14	5	
0	11	3	13	25	24	15	6	
<hr/>								
0	15	4	14	26	25	16	7	
0	18	5	15	27	25	17	7	
0	22	6	16	28	26	17	8	
0	26	7	17	29	27	18	9	
<hr/>								
0	29	8	18	♋	28	19	10	
0	33	9	19	0	28	19	10	
0	37	10	20	1	29	20	11	
0	40	11	21	2	♌	21	12	
<hr/>								
0	44	12	23	3	0	21	13	
0	48	13	24	4	1	22	14	
0	51	14	25	5	2	23	15	
0	55	15	26	5	3	24	16	
<hr/>								
0	59	16	27	6	3	24	16	
1	3	17	28	7	4	25	17	
1	6	18	29	8	5	26	18	
1	10	19	♊	9	6	27	19	
<hr/>								
1	14	20	1	10	6	27	19	
1	18	21	2	10	7	28	20	
1	21	22	3	11	8	28	21	
1	25	23	4	12	8	29	22	
<hr/>								
1	29	24	5	13	9	♍	23	
1	33	25	6	13	10	1	24	
1	36	26	7	14	10	1	25	
1	40	27	8	15	11	2	26	
<hr/>								
1	44	28	9	16	12	3	27	
1	48	29	10	17	12	4	27	
1	52	30	11	17	13	5	28	

Tabula domorum ad 45. Gradus latitudinis.

♁

Tépus à meridie.	10	11	12	1	2	3	Domus.
	♁	♂	♄	♃	♂	♂	
H.	m.	g.	g.	g.	g.	g.	
1	52	0	11	17	13	5	28
1	55	1	12	18	14	5	29
1	59	2	13	19	15	6	30
2	3	3	14	20	15	7	1
2	7	4	15	21	16	8	2
2	11	5	15	21	17	8	3
2	15	6	16	22	18	9	3
2	19	7	17	23	18	10	4
2	22	8	18	24	19	11	5
2	26	9	19	24	20	12	6
2	30	10	20	25	20	12	7
2	34	11	21	26	21	13	8
2	38	12	22	27	22	14	9
2	42	13	23	27	23	15	10
2	46	14	24	28	23	15	10
2	50	15	25	29	24	16	11
2	54	16	26	♃	25	17	12
2	58	17	27	1	26	18	13
3	2	18	28	2	26	19	14
3	6	19	29	2	27	19	15
3	10	20	♄	3	28	20	16
3	14	21	1	4	29	21	17
3	18	22	2	5	29	22	18
3	22	23	2	5	♂	22	19
3	27	24	3	6	1	23	20
3	31	25	4	7	2	24	20
3	35	26	5	8	2	25	21
3	39	27	6	9	3	26	22
3	43	28	7	10	4	27	23
3	47	29	8	10	5	27	24
3	51	30	9	11	6	28	25

DE NATIVITATVM

Tabula domorum ad 45. Gradus latitudinis.

II

Tépus à meridie.		10	11	12	1	2	3	Domus.
		Π	♄	♅	♄	♄	♅	
H.	m.	g.	g.	g.	g.	g.	g.	
3	51	0	9	11	6	28	25	
3	55	1	10	12	6	29	29	
4	0	2	11	13	7	♅	27	
4	1	3	12	14	8	1	28	
4	8	4	13	14	9	1	29	
4	12	5	14	15	9	2	♄	
4	16	6	15	16	10	3	1	
4	21	7	15	17	11	4	2	
4	26	8	16	18	12	5	3	
4	29	9	17	19	12	6	4	
4	33	10	18	19	13	7	5	
4	38	11	19	20	14	7	6	
4	42	12	20	21	15	8	7	
4	46	13	21	22	16	9	8	
4	51	14	22	23	17	10	8	
4	55	15	23	24	17	11	9	
4	59	16	24	24	18	12	10	
5	3	17	25	25	19	12	11	
5	8	18	26	26	20	13	12	
5	12	19	27	27	21	14	13	
5	16	20	27	28	22	15	14	
5	21	21	28	29	22	16	15	
5	25	22	29	29	23	17	16	
5	29	23	♅	♄	24	18	17	
5	34	24	1	1	25	19	17	
5	38	25	2	2	26	19	18	
5	43	26	3	3	27	20	19	
5	47	27	4	4	27	21	20	
5	51	28	5	4	28	22	21	
5	56	29	6	5	29	23	21	
6	0	30	7	6	♅	24	22	

Tabula

Tabula domorum ad 45. Gradus latitudinis.

69

Tépus à meridie.		10	11	12	1	2	3	Domus.
		☉	♋	♌	♍	♎	♏	
H.	m.	g.	g.	g.	g.	g.	g.	
6	0	0	7	6	0	24	23	
6	4	1	8	7	1	25	24	
6	9	2	9	8	2	25	25	
6	13	3	10	9	3	26	26	
6	17	4	11	9	4	27	27	
6	22	5	12	10	4	28	28	
6	26	6	13	11	5	29	29	
6	30	7	14	12	6	☉	→	
6	35	8	15	13	7	1	1	
6	39	9	15	14	7	1	2	
6	44	10	16	15	8	2	3	
6	48	11	17	16	9	3	4	
6	52	12	18	16	10	4	4	
6	57	13	19	17	11	5	5	
7	1	14	20	18	12	6	6	
7	5	15	21	19	12	6	7	
7	9	16	22	20	13	7	8	
7	14	17	23	21	14	8	9	
7	18	18	24	22	15	9	10	
7	22	19	25	23	15	10	11	
7	27	20	26	23	16	11	12	
7	31	21	27	24	17	11	13	
7	35	22	28	25	18	12	14	
7	39	23	29	26	19	13	15	
7	44	24	☌	26	20	14	16	
7	48	25	1	27	20	14	17	
7	52	26	2	28	21	15	17	
7	59	27	3	29	22	16	18	
8	0	28	3	☌	23	17	19	
8	5	29	4	1	23	18	20	
8	9	30	5	2	24	19	21	

B

DE NATIVITATVM

Tabula domorum ad 45. Gradus latitudinis.

Ω

Tēpus à meridie.		10	11	12	1	2	3	Domus.
		Ω	my	Ω	Ω	W	→	
H.	m.	g.	g.	g.	g.	g.	g.	
8	9	0	5	2	24	19	21	
8	13	1	6	2	25	20	22	
8	17	2	7	3	26	20	23	
8	21	3	8	4	26	21	24	
8	25	4	9	5	27	22	25	
8	29	5	10	6	28	23	26	
8	33	6	11	7	29	24	27	
8	38	7	11	7	W	24	28	
8	42	8	12	8	1	25	29	
8	46	9	13	9	1	26	♂	
8	50	10	14	10	2	27	1	
8	54	11	15	11	3	28	1	
8	58	12	16	12	4	29	2	
9	2	13	17	13	4	29	3	
9	6	14	18	14	5	→	4	
9	10	15	19	15	6	1	5	
9	14	16	20	15	7	1	6	
9	18	17	21	16	7	2	7	
9	22	18	21	17	8	3	8	
9	26	19	22	17	9	4	9	
9	30	20	23	18	10	5	10	
9	34	21	24	18	10	5	11	
9	38	22	25	19	11	6	12	
9	41	23	26	20	12	7	13	
9	45	24	27	21	12	8	14	
9	49	25	28	21	13	8	15	
9	53	26	28	22	14	9	16	
9	57	27	29	23	15	10	16	
10	1	28	Ω	24	15	11	17	
10	5	29	1	24	16	12	18	
10	8	30	2	25	17	13	19	

Tabula domorum ad 45. Gradus latitudinis.

ny

Tépus à meridie.		10	11	12	1	2	3	Domus.
		ny	Ω	Ω	W	+	o	
H.	m.	g.	g.	g.	g.	g.	g.	
10	8	0	2	25	17	13	19	
10	12	1	3	26	18	13	20	
10	16	2	4	27	18	14	21	
10	20	3	4	27	19	15	22	
10	24	4	5	28	19	16	23	
10	27	5	6	29	20	16	24	
10	31	6	7	W	21	17	25	
10	35	7	8	0	22	18	26	
10	39	8	9	1	22	19	27	
10	42	9	9	2	23	20	28	
10	46	10	10	3	24	21	29	
10	50	11	11	3	25	21	W	
10	54	12	12	4	25	22	1	
10	57	13	13	4	26	23	2	
11	1	14	14	5	27	24	3	
11	5	15	15	6	28	25	4	
11	9	16	16	7	28	26	5	
11	12	17	16	7	29	26	6	
11	16	18	17	8	29	27	7	
11	20	19	18	9	+	28	9	
11	23	20	19	10	1	29	10	
11	27	21	20	10	2	o	11	
11	31	22	20	11	2	1	12	
11	34	23	21	12	3	1	13	
11	38	24	22	13	4	2	14	
11	42	25	23	13	5	3	15	
11	45	26	24	14	5	4	16	
11	49	27	24	15	6	5	17	
11	52	28	25	16	6	6	18	
11	56	29	26	16	8	6	19	
11	0	30	27	17	8	7	20	

B 2

DE NATIVITATUM

Reliquum tabulæ domorum ad 45. Gradus latit.

Ω

Tépus à meridie.		10	11	12	1	2	3	Domus.
		Ω	Ω	W	→	♃	♄	
H.	m.	g.	g.	g.	g.	g.	g.	
12	0	0	27	17	8	7	20	
12	4	1	28	18	9	8	21	
12	7	2	28	19	10	9	23	
12	11	3	29	19	10	10	24	
12	15	4	W	20	11	11	25	
12	18	5	1	20	12	12	26	
12	22	6	2	21	13	13	27	
12	26	7	3	22	13	14	28	
12	29	8	3	23	14	15	29	
12	33	9	4	23	15	16	♃	
12	37	10	5	24	16	17	2	
12	40	11	6	25	16	18	3	
12	44	12	6	26	17	19	4	
12	48	13	7	26	18	20	6	
12	51	14	8	27	19	21	7	
12	55	15	9	28	19	22	8	
12	59	16	10	29	20	23	9	
13	3	17	10	29	21	24	10	
13	6	18	11	→	22	25	12	
13	10	19	12	1	22	26	13	
13	14	20	13	1	23	27	14	
13	18	21	14	2	24	28	16	
13	21	22	15	3	25	29	17	
13	25	23	15	4	26	♄	18	
13	29	24	16	5	27	2	19	
13	36	25	17	5	27	3	20	
13	36	26	18	6	28	4	22	
13	40	27	19	7	29	5	23	
13	44	28	20	8	♃	6	25	
13	48	29	20	8	1	7	26	
13	52	30	21	9	2	8	27	

Reliquum tabule domorum ad 45. Gradus latit.

WJ

Tēpus à meridie.	10	11	12	1	2	3	Domus.
	WJ	WJ	→	♁	♂	♃	
H.	m.	g.	g.	g.	g.	g.	
13	52	0	21	9	2	8	27
13	55	1	22	10	3	10	29
13	59	2	23	11	4	11	♁
14	3	3	24	11	5	13	1
14	7	4	24	12	6	14	2
14	11	5	25	13	6	16	4
14	15	6	26	14	7	17	5
14	19	7	27	15	8	18	6
14	22	8	28	16	9	19	8
14	26	9	28	16	10	21	9
14	30	10	29	17	11	22	11
14	34	11	→	18	12	24	12
14	38	12	1	19	13	25	13
14	42	13	2	20	14	27	15
14	47	14	3	21	15	29	16
14	50	15	4	21	16	♃	17
14	54	16	5	22	18	2	19
14	58	17	5	23	19	4	20
15	2	18	6	24	20	5	21
15	6	19	7	25	21	7	23
15	10	20	8	26	22	8	24
15	14	21	9	27	23	10	25
15	18	22	10	28	25	12	27
15	22	23	11	28	26	14	28
15	27	24	12	29	27	15	29
15	31	25	12	♁	29	17	♃
15	35	26	13	1	♂	19	2
15	39	27	14	2	1	21	3
15	43	28	15	3	2	22	4
15	47	29	16	4	3	24	6
15	51	30	17	5	5	26	7

B 3

DE NATIVITATVM

Reliquum tabula domorum ad 45. Gradus latit.



Tépus à meridie.		10	11	12	1	2	3	Domus.
		↔	↔	♁	♂	♃	♄	
H.	m.	g.	g.	g.	g.	g.	g.	
15	51	0	17	5	5	26	7	
15	55	1	18	6	6	28	9	
16	0	2	19	7	8	♃	10	
16	4	3	20	8	9	2	11	
16	8	4	21	9	11	4	12	
16	12	5	22	10	12	5	13	
16	16	6	23	11	14	7	14	
16	21	7	24	12	15	9	16	
16	25	8	25	13	17	11	17	
16	29	9	25	14	19	13	18	
16	35	10	26	16	21	15	19	
16	38	11	27	17	22	16	21	
16	42	12	28	18	24	18	22	
16	46	13	29	19	26	20	23	
16	51	14	♁	20	28	22	25	
16	55	15	1	21	♃	23	26	
16	59	16	2	23	2	25	27	
17	3	17	3	24	3	26	28	
17	8	18	4	25	5	28	29	
17	12	19	5	26	7	♄	♅	
17	16	20	6	28	9	2	1	
17	21	21	7	29	11	4	3	
17	25	22	8	♁	13	6	4	
17	29	23	9	2	15	7	5	
17	34	24	10	3	17	9	6	
17	38	25	11	4	19	10	7	
17	42	26	12	6	21	12	8	
17	47	27	13	7	23	13	10	
17	51	28	14	9	26	15	11	
17	56	29	15	10	28	16	12	
18	0	30	17	12	♃	18	13	

Reliquum tabule domorum ad 45. Gradus latit.


♁

Tēpus à meridie.		10	11	12	1	2	3	Domus.
		♁	♁	♁	♁	♁	♁	
H.	m.	g.	g.	g.	g.	g.	g.	
18	0	0	17	12	0	18	13	
18	4	1	18	13	2	19	14	
18	9	2	19	15	4	21	15	
18	13	3	20	16	6	22	16	
18	17	4	21	18	8	24	17	
18	21	5	22	19	10	25	18	
18	25	6	23	21	12	27	19	
18	31	7	24	22	14	28	20	
18	35	8	26	24	16	29	21	
18	39	9	27	26	18	♁	22	
18	44	10	28	28	20	2	23	
18	48	11	29	29	22	4	24	
18	52	12	♁	♁	24	5	25	
18	57	13	1	3	26	6	26	
19	1	14	3	4	28	7	27	
19	5	15	4	6	♁	8	28	
19	9	16	5	8	2	10	29	
19	14	17	6	10	4	11	♁	
19	18	18	8	11	6	12	1	
19	22	19	9	13	8	13	2	
19	27	20	10	15	10	14	3	
19	31	21	11	17	11	15	4	
19	35	22	12	19	13	16	5	
19	39	23	13	21	14	17	6	
19	44	24	15	22	16	18	7	
19	48	25	16	24	17	19	8	
19	52	26	17	26	19	21	9	
19	56	27	18	28	20	22	10	
20	0	28	20	♁	22	23	11	
20	5	29	21	2	23	24	12	
20	9	30	22	4	25	25	13	

B 4

DE NATIVITATVM

Postremum tabula domorum ad 45. Grad. latit.



Tēpus à meridie.	10	11	12	1	2	3	Domus.
	♊	♋	♌	♍	♎	♏	
H.	m.	g.	g.	g.	g.	g.	g.
20	9	0	22	4	25	25	13
20	13	1	24	5	26	26	14
20	17	2	25	7	28	27	15
20	21	3	26	9	29	28	16
20	25	4	27	11	Π	29	16
20	29	5	29	13	1	♏	17
20	33	6	♋	15	3	1	18
20	38	7	2	16	4	2	19
20	42	8	3	18	5	2	20
20	46	9	4	19	7	3	21
20	50	10	6	21	8	4	22
20	54	11	7	23	9	5	23
20	58	12	8	25	10	6	23
21	2	13	10	26	11	7	24
21	6	14	11	28	12	8	25
21	10	15	13	29	13	9	26
21	14	16	14	♍	14	10	27
21	18	17	15	2	15	10	28
21	22	18	16	4	16	11	29
21	26	19	18	5	18	12	29
21	30	20	19	7	19	13	♎
21	34	21	20	8	20	14	1
21	38	22	22	10	21	15	2
21	41	23	23	11	22	15	3
21	45	24	24	13	23	16	4
21	49	25	26	14	24	17	4
21	53	26	27	16	25	18	5
21	57	27	28	17	26	19	6
22	1	28	♌	19	26	20	7
22	5	29	1	20	27	20	8
22	8	30	3	21	28	21	9

Postremum tabula domorum ad 45. Grad. latit.

κ

Tēpus à meridiē.		10	11	12	1	2	3	Domus.
		κ	ϖ	♄	♅	♆	♁	
H.	m.	g.	g.	g.	g.	g.	g.	
22	8	0	3	31	28	21	9	
22	12	1	4	22	29	22	10	
22	16	2	6	24	♆	22	10	
22	20	3	7	25	1	23	11	
22	24	4	8	26	1	24	12	
22	27	5	9	27	2	25	13	
22	31	6	10	28	3	25	14	
22	35	7	12	29	4	26	14	
22	39	8	13	♅	5	27	15	
22	42	9	14	2	6	28	16	
22	46	10	16	3	7	28	17	
22	50	11	17	4	8	29	18	
22	54	12	18	5	8	♁	18	
22	57	13	20	6	9	1	19	
23	1	14	21	7	10	1	20	
23	5	15	22	8	11	2	21	
23	9	16	23	9	11	3	22	
23	12	17	24	10	12	4	23	
23	16	18	25	11	13	4	23	
23	20	19	27	12	14	5	24	
23	23	20	28	13	15	6	25	
23	27	21	29	14	16	7	26	
23	31	22	♄	15	16	7	27	
23	34	23	2	16	17	8	27	
23	38	24	3	17	18	9	28	
23	41	25	4	18	19	10	29	
23	45	26	5	19	19	10	♃	
23	49	27	6	20	20	11	1	
23	53	28	8	21	20	11	1	
23	56	29	9	22	21	12	2	
24	0	30	10	23	22	13	3	

B 5

Dominum anni reperire.

IN reuolutionibus natiuitatum, sciendum est, quòd vnicuique anno Solari vnum signum profectionale deputatur, sumpto exordio à gradu ascendentis radice, vt si quis habuerit signũ Leonis cum gradibus. 7. in natali Horoscopo, tunc illa graduum intercapedo à 7. illius signi vsque in septem virginis, erit signum profectionis, qui tribuitur primo anno à natiuitate, & sic deinceps iuxta successionẽ signorum vsque in finem vitæ procedi debet, dando vnicuique anno singulum signum. Planeta autem dominus illius signi dicitur dominus anni, idque per totum tempus quãtum durat illud signum: sed mutato signo, mutatur dominium.

De Saturno quando est dominus anni, & est fortunatus: ex Hermetis sententia cap. 4. lib. 2.

& Abenragellis cap. 3. par. 6.

Saturnus quidem est natura maleuolus & corruptor. Iupiter autem natura beneuolus & bonorum significator. Sed multoties accidit quòd maleuolus prosperitatem significat, beneuolus verò aduersitatẽ, & diuersas dispositiones eorum, & maleuolus

lus quidem male dispositus, tum propter suam naturam, tum etiam propter contrariam dispositionem detrimenta indicat & iacturas, & si configuratus fuerit alteri planetæ & ipsi male disposito nocumentū eius amplius extendetur, sed si planeta ipse fuerit bonum, dispositus per trinum vel sextilem aspectum aspiciens non nocebit, sed & bene significat. Et beneuolus quando est male dispositus, & est debilis, debilitantur & significationes suæ. Si verò sic se habentem aspexerit, maleuolus, recipiet ab eodem maleuolo operationem malorum & operabitur beneuolus operationē maleuoli. Saturnus quidem quando est malè dispositus & configuratur ei Iupiter, vel aliqui de beneuolis, minuitur malitia eius.

Igitur Saturnus cū fuerit dominus anni & secundum natiuitatem & secundum reuolutionem orientalis existens & rectus in domo propria conditione vel exaltatione in locis quibus habuerit dignitatem & in aliquo loco amicorum & cooperatorum suorum & in bono loco ex diuisione domorum & in propria conditione facit eum cuius est reuolutio, procuratorem utilium rerum & prosperantem in eis, fortem & durabilem

rabilem & maximè negotiosum in terrarum & villarum cura, & in ædificiis & acquisitionibus eorundem, nec non in domorum erectionibus & in aquarum deriuationibus & arborum plantationibus. Si vero est de regibus aut principibus, & Saturnus fuerit, sic dispositus aspiciens per trinum in natiuitatis initio Iouem, significat quòd in illo anno ædificabit ciuitates, & fabricabit palatia & circumuallabit ea, & eleuabit muros & renouabit hortos, & faciet aquæductus & fodiet riuulos & corrupta & vetera renouabit. Si autem in initio Iouem per trinum non aspicit, sed per sextilem, minora erunt huiusmodi. Et si Iupiter per reuolutionem à trino vel sextili Saturnum aspexerit, aspiciebat etiam ipsum sic in initio, significat cum prædictis, quòd honorabilis erit & alacer, & quod acquirat multas diuitias & regnabit, & de omnibus suis operibus utilitatem habebit, filium etiam procreabit & erit in suo filio lætabundus.

Item si Saturnus tam in natiuitatis initio quàm in reuolutione in signis Regiis fuerit Iouem aspiciens, ille cuius est reuolutio tractabit opera regia in eodem anno, id ipsum significat & si iam coniungitur. Oportet autem

autem cum his obseruare in vtraque figura radios & sortes & duodenas particulas, & in quibus horū consistit Saturnus, & quem horum aspicit in duobus temporibus, nam & huiusmodi habent significationes. Saturnus enim cum in loco in quo est habet aliquam dignitatem, vel dominetur domui in quam ceciderit fors fortunæ, vel aspiciet sortem à signo in quo habet dignitatem, proueniet ei vtilitas ab aliqua parte nota, vel à quodam amico suo. Si vero in alieno loco contingeret, fiet vtilitas ab aliena parte.

Item cum Saturnus fuerit dominus anni, & tam ipse quàm Mars fuerint fortunati tam secundum natiuitatem, quàm secundum reuolutionem, aspexerit autem Mars ipsum à trino vel sextili aspectu & receperint se ad inuicem, erit in illo anno cuius est reuolutio res vtilis tractaturus, & augmentabuntur diuitiæ suæ ac gloria, & notitiam habebit cum Regibus & gratulabitur fratribus, & processus sui prosperè sibi succedent. Si vero coniunctus fuerit ei Mars in duobus temporibus & ambo fuerint fortunati, erit in illo anno cuius est reuolutio benè se habens: aptus etiam in consiliis, & cum solertia in rebus se intromittens, & negocia
erunt

erunt sibi facilia, erit itaque liberalis & faciet multas expensas.

Item cum Saturnus fuerit dominus anni & tam ipse quam Sol in duobus temporibus, fuerint fortunati. Sole aspiciente Saturnum à sextili aspectu significat in illo anno augmentum honoris & patris vtilitatem, & à regibus commodum. Si verò Sol ipsum aspexerit per trinum, Saturno incipiente retrogradari, minor erit vtilitas. Idem erit si vno de duobus temporibus aspexerit ipsum Sol.

Item cum Saturnus fuerit dominus anni & tam ipse quàm Venus in duobus temporibus fuerint expediti, & configurata fuerit ei Venus in duobus temporibus à trino vel sextili aspectu fortunaturque & fors coniugij: delectabitur in illo anno in mulieribus, & curam habebit de ornatu & puritate, & copiosæ erunt suæ diuitiæ, diliget etiam picturas & decorem in domibus. Si verò in vno tempore tantum fuerint sic dispositi, non valde immoderata bona sibi contingent. Quidam etiam vilipendent & redarguent eum, & tristabitur pro mulieribus & effæminatis viris, & cum difficultate tractabit venerea, & aliqua de vxoribus suis con-

trista

tristabitur, & corrumpetur aliquid de mobili substantia sua † vel de vnguentis suis & in media iucunditate contristabitur, & in medio ludo scandalizabitur.

De vnguentis.

Item cum Saturnus fuerit dominus anni & tam ipse quã Mercurius in duobus temporibus fuerint expediti, & configuratur ei Mercurius per trinũ vel sextilem aspectum & recipit alter alterum, sunt autem fors seruorum & fors filiorum, & fors operis simul cum dominis suis benè dispositæ, honoratus & constans erit, & studebit circa lectionem scripturarum, & computos & disciplinas, & gratulabitur super filiis & seruis. Si verò coniungitur ei Mercurius in duobus temporibus, erit in illo anno ingenij facundissimi. Si verò in vno de temporibus sic se habent, minuuntur omnia supradicta.

Item cum Saturnus fuerit dominus anni & tam ipse quam Luna fuerint in duobus temporibus expediti & aspexerit eam per trinum vel sextilem in duobus temporibus & Lunam contigerit esse luminibus & numeris auctam, augmētabuntur in illo anno diuitiæ suæ, & gloria & adhærebit regibus & à multis laudabitur, & lætabitur in matribus & in mulieribus. Si verò aspexerit tantum

tantum in vno de duobus temporibus, vel fuerint impediti, omnia quæ prædiximus minuentur.

De significationibus Saturni, quando est Dominus anni & fuerit mali esse, ex Hermete cap. 5. lib. 2.

QVando est Saturnus dominus anni & impeditus tam in natiuitate quàm in reuolutione & est cadens ab angulo, & in loco malo & in alieno signo & sub radiis vel retrogradus, & maximè si fuerit in descensione sua, non adiutus à Ioue per aspectum, siue per conuenientiam signorum, quæ est æqualis potentia, & si reuolutio est nocturna, & ipse fuerit super trinum siue in septimo loco, siue in medio Cœli. Vel si reuolutio est diurna & ipse inuenietur sub terra, & maximè in angulo terræ, significat in illo anno detrimentum de senioribus domus & in parentibus & in auis, & si signum est masculinum erit viris periculum, si verò fœmininum, in mulieribus, & si est in signo bicorporeo in vtrisque, cum his indicat quod is cuius est reuolutio sustinebit magna pericula & ægrotudines prolixas ab humiditate & rigore

rigore & febribus, & tremore corporis, & dysuria & melancolicis morbis & trecticis & similibus. Significat etiam detrimentum in rebus stabilibus & in diuitiis, & in agris & aquis & in omni substantia tam mobili quam immobili, & otium in rebus tractandis, & difficultatem in rebus obtentis, habebit etiam familiaritatem cum auaris hominibus & dolores, & maximè si retrogradatur. Si verò Saturnus sic se habens in alieno signo fuerit, patietur hoc in aliena terra, & si Saturnus fuerit in amicabili loco, sustinebit hoc ab amicis, & si dominus domus suæ aspexerit eum in natiuitate, patietur hoc à veteri inimico. Si autem tam in natiuitate quam in reuolutione eum aspexerit, ab vtrisque lædetur, & in tribus modis quos diximus erit inimicus ei præcognitus. Si verò Saturnus in duobus temporibus sub radiis solaribus fuerit, significat in illo anno contentiones & timores à præpositis dignitatum, morbum etiam in loco occulto, & detrimentum à parentibus & auis & senibus, secundum naturalē Saturni proprietatem, & si Sol fuerit fortior intensiorem recipiēt detrimenta, si verò debilior minuentur. Et si idem tali modo mali dispositus est in con-

C

iunctiōne cuiusdam stellæ vel radij, aut fortis, vel duodenæ particulæ, vel aspicit eas siue in natiuitate, siue in reuolutione aspectu contrario, corruptionem & desolationem illius speciei significat. Saturnus quidem aliquādo significabit contrarium cum est reuolutio diurna, pro eo quod est in sua conditione citius mala prouenient, sed dissoluentur, & erit modicum nocumentum.

Item cum Saturnus fuerit dominus anni & tam ipse quam Iupiter fuerint in duobus temporibus impediti, aspicit autem ipsum per sextilem aspectum vel trinum in loco malo existens: significat in illo anno destructionem cuiusdam domus suæ vel possessionis, & perditionem partis diuitiarũ, & ignobilitatem & circa expediētia negligentiam. Si verò in duobus temporibus ipsum aspexerit per quadratum, & ambo fuerint impediti, significat diminutionem diuitiarum in illo anno, & difficultatem in omnibus rebus tractandis, periclitabũtur etiã parentes sui.

Item si Iupiter aspexerit Saturnum in duobus tēporibus, per oppositum & ambo fuerint impediti, habebit in illo anno difficultatem in omnibus negociis suis, & tristitiam habebit pro filiis, & si in duobus temporibus

poribus coniungitur, perditionem diuitiarum ac contentiones & detrimentum significat. Si verò tam coniunctio quam aspectus in vno tempore fuerit, euenient mala huiusmodi ^uleuiora.

Item cū Saturnus fuerit dominus anni, & tam ipse quam Mars in duobus temporibus fuerint impediti & configurati adinui-
cem quocumque aspectu, & sint ambo in signis similitudinis hominum: significat eī cuius est reuolutio in eodem anno pericula fieri & detentionem ab inimicis, vel ab aliquo duce exercitus, & in fratribus contristabitur, sin autem ex trino vel sextili Mars Saturnum aspexerit in duobus temporibus & ambo fuerint impediti, indicat in illo anno desiderium (vel desidiam) & mortem fratrum, & passiones & magnum periculum ei cuius est reuolutio, fratribus etiam suis. Si verò Mars eum per quadratum aspexerit in duobus temporibus & super eum fuerit eleuatus Saturnus: ægrotabit à febre & frigore, & corrumpetur substantia patris sui, & morietur aliquis de fratribus suis. Si verò Mars fuerit eleuatus super Saturnum: inuidebit consanguineis suis, & laborabit ægritudine magna, & bona sua erunt malè di-

spofita. Si verò Mars in duobus temporibus Saturnum aspexerit per oppositū, & ambo fuerint impediti: minuentur illo anno diuitiæ suæ & magnas sustinebit iacturas, & ægrotabit, & patietur necessitates propter inuidiam & calumniam, & controuersias habebit cum consanguineis suis, & si fuerit in aquatico signo periculum erit ab aqua & humidis. Si verò in signo quadrupedū, erit periculum ab ictu vel morfu, aut veneno, & si coniungitur ei Mars in duobus tēporibus & sunt ambo infortunati erit in illo anno valdè tristis, & de prauis moribus & malè tractabilis, conatus habens difficiles, maiores etiam fratres sui lædentur. Si verò fuerint benè dispositi in duobus temporibus, moderata erunt huiusmodi mala.

Item cū fuerit Saturnus dominus anni, & tam ipse quam Sol in duobus tēporibus fuerint impediti, & configurati ad inuicem, à qualicunque figura, significat in illo anno tristitias & iniurias & calumnias & læsionem patrum & diminutionem diuitiarum. Si autem fuerit cum forte patris vel cum domino eius, vel impediuntur ab aliis, indicat læsionem in parentibus & auunculis, vel qui, cuius est reuolutio læditur ab eis vel
causa

causa eorum. Si verò Sol aspexerit eum in duobus temporibus à trino vel sextili aspectu, & ambo fuerint impediti, & maxime existente reuolutione nocturna, patiuntur læsiones tam ipse quam pater suus in illo anno diuersas. In diuitiis quoque & dignitate erit diuersimodè occupatus. Si vero Sol aspexerit Saturnũ in duobus temporibus per quadratum, & ambo fuerint impediti, & Sol fuerit eleuatus, euanescent in illo anno quæcunque hæreditauit à parentibus, & ægrotabit ægreditudinibus frigidis, & fortè facram ægreditudinem patietur, & in doloribus & laboribus opprimetur. Si autem super Solẽ fuerit Saturnus eleuatus: patietur tristitias in quibus deficiet, & in carcerem incidet & captiuabitur, & erit in omnibus rebus vtilibus otiosus. Et si Sol aspexerit ipsum in duobus tēporibus per oppositum, & ambo fuerint impediti, fiet circa ipsum & patrem suum chronica passio. Si autem Saturnus erit sub radiis in duobus temporibus in illo anno dilapidabit diuitias patris sui, & in rebus suis erit euentus contrarius, & si nocturna fuerit reuolutio erit deterius, patientur enim tam ipse quam pater suus, & fratres multas aduersitates. Si autem Sol

Excidet enī dignitate.

fuerit in paucioribus gradibus, peius erit in omnibus. † Irruet enim à dignitate sua & erit promptus ad omnem rixam, contentionem & pugnam. Si vero siue coniunctio siue aspectus in vno tantum sit tempore, & non fuerint impediti, minora ei cōtingent mala.

Item cum saturnus fuerit dominus anni, & tam ipse quam Venus simul in duobus temporibus impediti fuerint, configuratur autem ei Venus, & impeditur fors matrimonij, & dominus eius à coniunctione siue aspectu malorum: patientur mulieres eius multa mala, vel illi occasione ipsarū erit damnum, & erit damnum in vnguentis suis, & indumentis, & pecunia. Si vero in duobus temporibus per trinum vel sextilem aspectum ipsum aspexerit, & fuerint impediti commorabitur in locis immundis in illo anno & corrumpentur eius pecuniæ, & perturbatus erit † in vita & amicabitur cum vilibus viris & mulieribus, & læsiones patietur per viros nobiles & mulieres. Si verò Venus aspexerit eum in duobus temporibus per quadratum & ambo fuerint impediti, Saturno super Venerem eleuato: ille cuius est reuolutio, non gaudebit in illo anno cum mulieribus suis, sed quædam earum læsiones habebunt,

bunt, vel rixam habebit cum eis, & diuortium & separationem. Si autem Venus super Saturnum fuerit eleuata: obedient ei mulieres suæ, & diligunt eum, & diliguntur ab eo. Si verò Venus aspexerit eum ab opposito in duobus temporibus, & ambo fuerint impediti, erit in illo anno tristis, & modicum alacer, & læsionem patietur à mulieribus vel ægrotabit, vel morietur aliqua de mulieribus suis: & si coniungitur ei Venus in duobus temporibus & ambo fuerint impediti, concūbet in illo anno cum mulieribus, vel meretricibus, vel vxorē ducet sterilem, vel transgredietur ab vna ad aliam, & nunquam ipsas diligit, neque ipse diligitur ab eis. Si autem coniungitur ei Venus in vno de duobus temporibus, vel configurabitur ei, minora erunt huiusmodi.

Item cum Saturnus fuerit dominus anni, & tam ipse quam Mercurius fuerint in duobus tēporibus impediti, indicat in illo anno ei cuius est reuolutio detrimentum, corruptionem, tristitias, anxietates, pœnitūdines & cogitationes pro seruis, filiis, sociis, & pro rebus quas habebit præ manibus, vel patietur hoc ex actione huiusmodi & propter regimen aduersum & stultum. Si verò aspexe-

rit ipsum Mercurius in duobus temporibus à trino vel sextili aspectu, & ambo fuerint impediti: patietur propter computos & literas & disciplinam & diuitias & erit iners & negligens & malè tractabilis & in his quæ sibi expediunt, deses. Si verò ipsum aspexerit in duobus temporibus per quadratum & ambo fuerint impediti, eleuatur autem Saturnus sustinebit mœrores & pericula in vita sua & in diuitiis & amittet regimen quod exercet & seruiet quibusdam causa necessitatis, & sustinebit necessitates propter sermones, & dolebit os vel aurem. Si verò Mercurius eleuatur, minora erunt mala. Si autem aspexerit per oppositum, & ambo fuerint impediti in duobus temporibus, fiet dolor in ore suo & lingua & detrimentum habebit propter verba, & impedietur in actibus suis, erit itaque complexionis frigida & mens atque intellectus eius erunt corrupti, ægrotabit ex ventositate, & tristabitur propter aliquod furtum & sustinebit incommoda ab omnibus, cum quibus contendet & interrumpetur spes sua, & solita, nam amplectetur vitam & tristabitur propter diuitias & propter aliquas prædictas res. Si verò coniungitur ei Mercurius
& fue

& fuerint ambo in duobus temporibus impediti sustinebit mœrores diuersos, & erit piger & timidus in verbis & rebus, & dominabuntur ei prauæ cogitationes, & habebit mentem turbatam & loquendo non creditur à multis & egrotabit, & pueri sui patientur læsionem ac serui, & omnẽ speciem malam sustinebit in illo anno. Cum his omnibus si coniungitur vel configuratur ei Mercurius in vno de duobus temporibus: si non fuerint impediti, minora erunt omnia supradicta.

Item cum Saturnus fuerit dominus anni & tam ipse quam Luna fuerint in duobus temporibus impediti & configurantur ad inuicem in duobus tēporibus à quacunque figura, maximè si fuerit in duobus temporibus & lumine & numeris minima: significat in illo anno corporeas passiones & tristitias causa matrũ, & propter rumores sinistros. Si verò Luna ipsum aspexerit à trino vel sextili aspectu, & ambo fuerint impediti, eleuatur autem super eam Saturnus: in agēdis suis erit improsperratus & negligēs, & disperget diuitias parentũ suorum. Si autem Luna fuerit eleuata, corruptiones, odium, iurgia cum quibusdam habebit, diuitias etiam pa-

rentum disperget, & causa filiorum tristabitur, & si Luna tempore reuolutionis, in signo fuerit foeminino, vxor eius contra eum inimicabitur, & quæret læsionem ipsius. Si autem Luna ipsum aspexerit per oppositum & ambo fuerint impediti, accidet ægri-
tudo parentibus in loco occulto, & consumetur substantia eius, erit etiam malæ con-
suetudinis & tristis, & lædetur in diuitiis & opibus suis. Si verò ambo fuerint in signis similitudinis hominum, vel ferarum eodem modo diffinias, si fuerint in signis quadru-
pedum, patietur mala in quadrupedibus. Si vero cõiungitur ei Luna in duobus tēpo-
ribus & ambo fuerint impediti: matris mor-
bum & infirmitatem significat. Et si Luna coniungitur vel configuratur ei in vno de duobus temporibus, & ambo fuerint expe-
diti, erūt supradicta minora. Et hæ quidem sunt significationes Saturni quando est do-
minus anni, & est impeditus, & in duobus temporibus, & configurantur ei stellæ be-
neuolæ vel maleuolæ. Si autem idem fuerit dominus anni, expeditus quoque in duobus temporibus, & planeta ipsum aspexerit im-
peditus, significatio bonorum minuitur, sed euenient cum labore, diminutionem vero
& labo

& laborem significat cum aspectus fuerit ab opposito vel quadrato.

Item cum idem fuerit dominus anni, impeditus autem in duobus temporibus, configuratur vero planetæ beneuolo * & ipse nihilominus fortunatus, & si aspectus à trino fuerit vel sextili, multum malum significat tum cum tristitia & labore. Si autem stella ipsum aspiciens in vno quidem tempore impedita in alio verò fuerit expedita: de propria significatione, siue bona fuerit siue mala, aufert, sed moderatè.

Item si dominum anni aliquis planeta in natiuitate aspexerit ab opposito vel quadrato, tempore verò reuolutionis à sextili vel trino: oportet contēperare iudicia. Quadratus enim aspectus maiorem vim habet ad nocendum quam trinus: cum trinus ad inimicitias debilius sit quadrato.

Item si aspexerint dominum anni diuersæ stellæ, oportet de singulis secundum propriam dispositionem & significationem & locum, sicut prædiximus, diffinire. Coniunctio vero domini cum planetis, & coniunctiones planetarum ad inuicē, si fuerint concordēs, bona & fœlicitatem significant. Si verò discordēs, indicant infœlicitatem, quantitas
& qua

& qualitas euentus cognoscitur ab ipso domino anni per se, & à planetis configuratis vel coniunctis cum eo in locis eorum. Saturnus quidem si tam in natiuitate quam in reuolutione fuerit mali esse, sicut prædiximus: multa faciet incommoda in illo anno & afflictionem extendit. Si autem Saturnus in reuolutione fuerit quidem mali esse, in natiuitate verò bene se habeat minuit prauitates. cum hoc autem si configurabuntur ei beneuoli: similiter qui reuolutionem habuerit, à periculis eripietur & maxime ipsa natiuitate existente diurna, & Saturno super terram egrediente. Si verò in natiuitate infortunatus fuerit, fortunatus verò tempore reuolutionis, mediocritatē habebunt mala. Quando verò planeta significabit aliquod bonum vel malum secundum natiuitatem & idem cursum significabit in reuolutione, erit hoc perfectum & multum, & fortè vel inuitabile & immutabile.

Item si secundum natiuitatem significat aliquid fieri, secundum reuolutionem significat idem non fieri, vel è contra: secundum quidem reuolutionē significat aliquid esse, secundum verò natiuitatem non esse: faciat examinationē de duabus significationibus,
& secun

& secundum fortio^{rem} diffinias. Si verò æquales fuerint, media erit diffinitio. Igitur si natiuitatis significatio fortior est trāscendit medietatem Iudicij. Si verò reuolutionis significatio fortior est, descendit. Si verò reuolutio sola significari aliquid cum debilitate erit modicus & debilis eius euentus aut erit motus solummodo imperfectus. Cum his omnibus significaciones reuolutionum vsque ad annum vnum determinantur vel vsquequo significator fuerit fortis. Cum verò Planeta qui configuratur domino anni aliquod bonum vel malum significat: tunc ostendet propriā significacionem, quando gubernabit aliquam partem temporis anni & maximè quando associatus fuerit per figuram in illo tempore domino anni, vel signo in quo erit dominus anni, siue secūdum natiuitatem siue secundum reuolutionem, vel configurabitur signo reuolutionis vel horoscopo, vel domino eius vel domino dispositionis diei. Et hæc quidem sunt significaciones Saturni per se, & planetarum qui configurantur, aut coniunguntur cum eo. Sunt autem modi 8. Vnus quidem quando ipse planeta est boni esse per se. Secundus quando est mali esse. Tertius & quartus quando

DE NATIVITATVM

quando fortunatur ab aliis planetis: ab aliis verò planetis infortunatur. Sextus quando per se quidē infortunatur, ex eo verò quod configuratur planetę beneuolo fortunatur. Septimus quando coniungitur eidem planetæ. Octauus significationes loci, de quo statim dicendum est.

De significatione Saturni quando est Dominus anni, de locis in quibus est, ex Hermete. cap. 6. lib. 2.

QVando est dominus anni, Saturnus & contingit ipsum esse in duobus tēporibus boni esse, in domo propria, vel exaltatione, vel triplicitate fueritq; in angulo siue in figura profectiois, siue in figura reuolutionis, si contigerit angulum illum esse medij cœli, significat quod in illo anno acquirat possessiones & ædificabit ædificia & fodiet aquæductus: & si fuerit in alieno signo committentur hæc sibi ab aliena persona, quemadmodum fidei commissario & procuratori, & laudabitur, inueniet lucrum. Si verò in alieno signo & cum hoc fuerit impeditus, sed impedimentum fuerit moderatū, propter huiusmodi habebit opprobria. Si autem immoderatū, & damnū erit tale.

Item

Item si fuerit dominus anni Saturnus, & fuerit in duobus temporibus in loco vndecimo vel quinto in bono esse, & in propria domo: lætabitur in illo anno in suis amicis, & contrahet cum aliquibus de quibusdam rebus, & ædificabit & procurabit vasa siue suppellectilem. Si vero in alieno fuerit signo contristabitur propter filios & amicos, & imperium patietur & angustiam in sua substantia. Si vero cum hoc fuerit retrogradus, destruetur habitaculum eius, & minuentur eius diuitiæ & prouentus: & si Mars aspexerit ipsum aspectu contrario: damnificabuntur diuitiæ suæ, & lætabuntur inimici eius & tristabitur in filiis.

Inopiã.

Item si Saturnus fuerit dominus anni, & contigerit ipsum esse in 3. vel in 9. in propria domo & expeditum à malis: faciet in ipso anno super quo sperabit meritum à deo & in tributione ab aliquo homine in futurum, & fabricabit fabricas sibi vel alicui de his quorum curam habebit, & ibit ad aliquam regionem cognitam sibi & laborabit propter speratam utilitatem, & curam habebit de consanguineis & fratribus & extraneis. Et si in duobus his locis fuerit, & ipsi fuerint alieni, significat quidem huiusmodi, tum peregrinabitur peregrinatione longin

longinqua, & vtilitatem habebit in ea. Et si moderatè fuerit impeditus: de eo contrariæ famæ dicentur propter fidem & sectam & in cogitationibus cadet, & in peregrinatione mala patietur, & habebit discordias aduersus cōsanguineos & propinquos. Si ergo retrogradus fuerit: turbabitur intellectus eius, & dubitabit de secta sua, & operabitur opus propter quod aliqui præsumunt de eo quod ipsius est. Si autē in tali statu existente Saturno aspexerit eum & Mars in figura propria: patietur damnum à furto vel igne.

Item si Saturnus fuerit dominus anni, existens in duobus tēporibus in secundo, liber à malis & in propria domo augmentabuntur diuitiæ suæ in illo anno & erit prosperum esse suum. Si verò in alieno fuerit mali esse corrumpētur diuitiæ suæ ab incurfu aquarum.

Item si Saturnus fuerit dominus anni, existens in duobus temporibus in octauo, in loco proprio: occasione mortuorum vtilitatem habebit in illo anno. Si verò fuerit mali esse imminuentur diuitiæ suæ, & contristabitur pro defunctis.

Item si idem planeta fuerit dominus anni, existens in duobus temporibus in sexto,
liber

liber à malis patietur ægri tudines modicas à frigiditate & humiditate. Si verò fuerit impeditus, indicat desipientiam & morbos longos, & si aspexerit ipsum beneuolus sanabitur, & iuuabitur à medicinis. Si autem cum hoc dominus sexti loci fuerit impeditus: perdentur iumenta eius & serui eius. Si verò fuerit expeditus dominus sexti loci, ægrotabunt quidem sed sanabuntur.

Item si Saturnus fuerit dominus anni, existens in duobus temporibus in duodecimo loco in domo propria liber à malis obtinebit contra inimicos suos & amicabitur eis & laudabunt eum, tamen non curabit de vtilibus vite rebus. & si in alieno fuerit loco, vel retrogradus, in carcerem vel custodiam incidet & necessitatem patietur ab inimicis suis. Si autem fuerit mali esse, vel configuratur cum Marte figura cōtraria: tormentum & læsionem maximam sustinebit.

Item si Saturnus fuerit dominus anni, in vno de quarto locis quæ horoscopus non aspiciunt, in 2. videlicet in 6. in 8. & 12. & fuerit impeditus: significat otium & desidiam & desperationem sperandarum & vitæ vtilium rerum. Si verò cum his in alieno fuerit loco: intentionem habebit malam & neces-

D

fitates sustinebit, & dicent aliqui mala de eo, & accusabunt eum, & ægrotabit febrî à frigiditate & humiditate vel frigiditate & siccitate. Si autem in huiusmodi locis existens, fuerit orientalis, vel in proprio loco: erit in bonitate, tum erit vagabundus & otiosus.

Item si Saturnus fuerit in natiuitate in aliquo loco & in reuolutione in ipso loco, siue à signo profectiõnis, siue à figura reuolutionis anni, ampliorem habebit significationem & certiore & optabiliorem naturam ostendet loci & maximè si locum aspiciat radicalem. si verò in aliquo quidem loco fuerit in natiuitate, in alio verò secundum reuolutionem, facias commixtionem per methodos quas tibi monstraui locorum, vt sit tibi certum iudicium. Eodem igitur modo considera & significationes reliquorum planetarum à dispositione locorum in quibus sint. Nos autem quemadmodum commemorauimus de Saturno & significatione sua propria & configuratione planetarum ad eum vel coniunctiõne & dispositione locorum sic mentionem faciemus & de reliquis planetis,

De

*De significatione iouis cum fuerit Dominus anni,
fuerit boni esse, ex Hermete. cap. 7. lib. 2.*

Abenragellis. cap. 3. par. 6.

Iupiter cum fuerit dominus anni & tam
in natiuitate quàm in reuolutione fuerit
boni esse in illo anno amicabitur Regibus &
principibus, & erit disponens res suas, & in-
citatus ad expedientia habens euentum bo-
num, inquietè permanēs propter amicitiam
quam habebit, augmētabitur etiam & com-
mendabitur à pluribus & exercebit digni-
tatem in patria sua, & si natiuitas significa-
uerit procreationē filiorum habebit filium
in illo anno. nec non habebit commodum
& gaudium à diuersis & acquirat diuitias
ex muneribus ab aliis multoties aut hære-
ditabit patrem suum. Si verò is cuius est re-
uolutio est in dignitate: illo anno domina-
bitur pluribus & acquirat quàm plurima. Si
vero fortunæ fuerit mediocris, dominabi-
tur in illo anno æqualibus suis & lætabitur
in rebus diuersis, & lucris & prosperitatibus
& maximè si Iupiter fuerit in propria do-
mo, vel triplicitate vel termino. Aspicias
quoque & radios & partes & duodenas par-
ticulas, quibus coniungitur Iupiter, vel aspi-

cit in duobus temporibus, si enim configuratur eis aspectu laudabili, indicat utilitates secundum naturam illorum.

Item si Iupiter fuerit dominus anni & tam ipse quàm Mars, tã in natiuitate quàm in reuolutione fuerint boni esse & configuratur ad inuicem per trinum vel sextilem aspectum, erit ipse cuius est reuolutio in illo anno dominator peritus in rebus agēdis & sedulus in operibus: obtinebit autem & honorem & dignitatem excellentem & utilitatem è dignitate aliqua, & laudabit plebs eum. Si verò coniungitur ei Mars in duobus temporibus, & ambo fuerint boni esse: in illo anno assumet gradus & dignitatem in propria patria, & erit alacer. Si autem alter eorum fuerit in domo alterius, liber à malis erit, in illo anno potens, & obtinebit dignitatem. Si verò in vno vel duobus temporibus coniungitur, cōfiguratur ei Mars, erunt prædicta minora.

Item si Iupiter fuerit dominus anni, & tam ipse quàm Sol in duobus temporibus fuerit boni esse & configuratur ad inuicem de trino vel sextili aspectu: extendetur prosperitas in illo anno eius cuius est reuolutio, & in dilatatione vitæ erit, & obtinebit coniugium

iugium bonum & bonum filium. Si autem per sextilem aspectũ Sol eum retrogradantem aspexerit: erunt prædicta minora. Si vero Sol ei coniũctus fuerit in duobus temporibus, vt eundem Iouem contingat esse orientalem: obtinebit dignitatem & diuersas vtilitates, & lætabuntur in eo parentes sui, & vtilitatem habebunt per eum. Si autem in vno de temporibus coniungitur ei existenti orientali: erunt minora prædicta. Et si coniungitur ei Sol in duobus temporibus & erit sub radiis, patietur necessitates in illo anno iuxta significationes Iouis. Si verò Sol fuerit fortior & fuerit mali esse: maius erit impedimẽtum, & est timendum ne forte moriatur. Si autem Sol non fuerit impeditus: erunt impedimenta minora, & si Iupiter fuerit fortior: minor erit corruptio.

Item si Iupiter fuerit dominus anni & tam ipse quàm Venus fuerit in duobus temporibus boni esse, aspexeritque eum Venus quocunque aspectu: significat in illo additamentum diuitiarũ à mulieribus & median-
tibus nobilibus viris, & circumspectis, & delectabitur in mulieribus, & habebit vtilitatem ex eis, & si aspexerit eum Venus in duobus temporibus à trino vel sextili aspectu &

ambo fuerint boni esse, in illo anno augmentabitur gloria eius & dignitas, & diuitiæ & indumenta & decor & gratulatio & exaltatio & hæc erunt causa mulieris. Frequenter autem contingit quòd nascetur ei & filius, vel lætabitur in filio suo, vel lætabitur propter filios regū. Et si Venus in signo in quo est habuerit dignitatem, erit vtilitas ab aliquibus notis & amicis & maximè mulieribus. Si verò in signo fuerit alieno, erit vtilitas ab extraneis vel inimicis, viris & mulieribus. Si autem coniungitur ei Venus in duobus tēporibus, & ambo fuerint boni esse in illo anno cuius est reuolutio acquirat gloriam à præpositis & procuratoribus & honorabilis erit apud homines & amicos acquirat plures prioribus, & laudabitur à pluribus & bonitatem, & vtilitatem habebit occasione miraculorum & prodigiorum & locorum Ecclesiasticorū propiciatoriorum & gratulabitur in mulieribus & coniugio & filiis. Si verò se aspexerint per oppositum, vel configurationes prædictæ in vno de duobus temporibus fuerint: erunt omnia prædicta minora.

Item si Iupiter fuerit dominus anni, & in duobus temporibus tam ipse quàm Mercurius

curius

curius fuerint boni esse, aspexeritque eum Mercurius à trino vel sextili aspectu: in illo anno ipse cuius fuerit reuolutio acquiret aliquod bonum propter peritiam & negotiationem & venditionem & emptionem, & per scripturas & dispensationem & villicationem. erit autem cōseruator secretorum & custos diuitiarum prudens & intelligens huius cognitionis sufficienter in rebus & superabit æquales sibi per dignitatem & gloriam & opulentiam & cōmissiones & scientiam, committentur etiam ei procurationes aliquorum magnatum & erit laudatus ab omnibus hominibus, & placebit eis & permanebit & perseuerabit in orationibus & similibus. is serit sectam. & si ipse cuius est reuolutio fuerit de inferiori fortuna & de mercenariis: habebit vtilitatem ex artificio suo, & opere manuum suarum. Et si cōiungitur ei Mercurius in duobus temporibus & ambo fuerint boni esse: habebit vtilitatem in illo anno, & augmētabitur esse suum & fides eius erga dominum, & humilitas & prudentia mētis & facundia in sermonibus & vtilitatem habebit propter huiusmodi & propter alias res diuersas, & familiaritatem habebit cum magnificis notariis & com-

mittetur ei procuratio bonorum ipsorum. Si verò in vno de temporibus coniunctus fuerit Mercurius, vel alia configuratus figura, aufertur ex omnibus supradictis.

Item si Iupiter fuerit dominus anni, & tam ipse quàm Luna in duobus temporibus expediti & configurantur adinuicē à trino vel sextili aspectu indicat quòd in illo augmentabitur gloria eius & dignitas, & acquirat ab hominibus bonam famam & laudem & quòd cuiusque opus & qualecunq; actum incœperit cito perficiet, queret etiam filios generare & nascentur ei filij in illo anno vel concipient mulieres eius, & hæreditabit paternas substantias, & si est aliquis cuius est reuolutio de natu regio, & Luna fuerit aucta lumine: gloriam obtinebit famosam. si autem fuerit fortunæ mediocris, committetur ei aliquod dominium super multitudine populi, & vtetur in eis iustitia, & vitam bonæ præsumptionis & irreprehensibilem amplectetur. Si verò fortunæ infimæ fuerit, eleuabitur super equales sibi secundum fortunam, & habebit primatum, in illis quæ diximus. Significabit etiam quòd habebit utilitatem ex officio & emptione & negotiatione. Et si coniungitur ei Luna in duobus temporibus

tempor

temporibus & ambo fuerint expediti, augmentabitur gloria eius & diuitiæ & maximè si diuersa fuerit reuolutio. Si verò coniungitur ei Luna vel aliquo configuratur aspectu in vno de duobus temporibus aufert de supradictis. De aspectu verò planetarum ad Iouem quadrato scilicet eorum & opposito non tractauimus propter huiusmodi causam, quoniam in hac decisione comprehendimus de amicitia Iouis & planetarum cum eo. Quadraturæ verò & oppositiones planetarum ad eum multoties aliquam contrarietatem significant de quibus, nunc quidem non proposuimus dicere: in sequentibus verò manifestiùs exponemus.

De significationibus Iouis cum fuerit Dominus anni, & fuerit mali esse, ex Hermete. cap. 8. lib. 2.

IVpiter cum fuerit dominus anni, & existens tam in natiuitate quàm in reuolutione retrogradus vel sub radiis aut in alieno loco siue occidentalis seu in domo maleuoli aut cadens ab angulis & in locis cōtrariis: aufert claritatem ipsius cuius est reuolutio & minuit fœlicitatem ipsius & depo-

nit gloriam eius. Significant etiam multitudinem expensarum & importunam diuitiarum effusionem, & hæc faciet voluntaria & spontanea voluntate pro eo quòd appetet à pluribus laudem, tristabitur etiam propter parentes & filios & quasdam nobiles personas & res diuersas, & propter violētiam vitæ suæ, & maximè si Iupiter fuerit in sexto. Si verò cōiuncti fuerint ei maleuoli vel configurati ab opposito vel quadrato, & eleuati fuerint super eum cum idem fuerit impeditus, & maximè in loco patrum vel in loco filiorum, vel si in his locis habuerit dignitatem, contigerit etiam quòd fors patris, vel fors matris, vel fors filiorum, vel eorum domini fuerint mali esse: significat quòd ipse cuius est reuolutio contristabitur propter mortem filiorum vel patris vel matris secundum naturam signi in quo est Iupiter vel naturam fortis & domini eius. Et si coniungitur alicui sortium vel alicui radiorum vel duodenarum in duobus temporibus, vel aspexerit eos figura contraria: significant mœrores & instabilitates his quorum insunt significantia prædicta. Inspiciendum est etiam & aspectus & coniunctiones planetarum ad eum. Si enim tali modo dispositum

litum aspexerint eum ex trino vel sextili maleuoli: non significant magnum periculum propter figuræ conuenientiam & amicitiam complexionis, veruntamen propter impotentiam propriam, & impedimentum non potest attingere ad foelicitatis perfectionem. Planeta etiam cum fuerit mali esse, addit infortunium suum in illis videlicet rebus, quarum est sign^{ificator} ~~ator~~. tristabitur enim cuius est reuolutio super huiusmodi, & laborem, seu fatigationem sustinebit quadratus quoque & oppositus eius, de quibus in sequentibus dicemus.

Iupiter igitur cum fuerit dominus anni, & mars in natiuitate fuerit boni esse, aspexerintque se ad inuicem per quadratum, Iupiter verò super Martem fuerit eleuatus: significant quòd firmabitur gradus eius & dominabitur suæ ciuitati, frequenter etiam obtinebit à regibus, vel exercituum ducibus dignitates & utilitates. Veruntamen contristabitur propter filios & diuitias & aliqua pars lædetur diuitiarum parentum suorum. Si verò in duobus temporibus se huiusmodi aspectu aspexerint & ambo fuerint mali esse, aufert quas prædiximus prosperitates, & patietur is cuius est reuolutio
expensas

expensas & aduersitates intolerabiles. & si Mars eleuatus fuerit super Iouem: qualitercunque fuerit, lædetur cuius est reuolutio à magistratibus & habentibus potestatem, & ab his qui principatum habuerint in metallis, tristabitur etiam, & propter priuationem vtilitatum & diuitiarum, conuersationis quoque & filij, & propter aliquem dolum & fraudem & inuidiam & calumniã & contentionẽ & multiplicabitur labor eius.

Item si huiusmodi aspectu configurati fuerint in ambobus temporibus boni: erũt mala minora.

Item si aspexerit eum Mars in duobus temporibus ex opposito, & ambo fuerint impediti: sustinebit in illo anno anxietates ob gloriam & mulieres & filios, & videbit mortem alicuius de his qui proteguntur ab eo, & fortẽ coniungetur vxori, & nascetur ei filius, multiplicabitur, & corrumpet diuitias suas & acquirat alias. in illo etiam anno habebit inquietudines vsq; ad medietatem eius. Si verò fuerint expediti, pauca quædam de prædictis euenient: vel occasione talium multas turbationes & motiones patietur & suspicabitur se passurum maximas aduersitates, tamen non patietur.

Item

Item cum Iupiter fuerit dominus anni, & Sol cum eo, boni esse tam in natiuitate quàm in reuolutione, aspexerintque se adinuicem per quadratum, & Sol fuerit eleuatus: augmentabit vel in illo anno gloria eius, & gloria patris sui, & vtilitatem habebit in rebus diuersis. Si verò fuerit mali esse: patietur tam ipse quàm parentes eius indigentiam & angustiam in diuitiis suis & alienabuntur & peregrinabuntur delectabili peregrinatione & contra excellentes personas discordias habebunt: erunt autem huiusmodi personæ eius cognitæ vel vicinæ, vel consanguinæ, quæ inuidebunt eis. ~~¶~~ Si verò Iupiter eleuatus fuerit super Solem & ambo fuerint boni esse in duobus temporibus, inueniet ipse cuius est reuolutio in illo anno, nec non & parētes eius, vtilitates & glorias & dignitates & honorem excellentem. Si verò fuerint mali esse: tristabuntur occasionibus talium. Et si Sol aspexerit hūc in duobus tēporibus ex opposito, & ambo fuerint boni esse: erit in illo anno gaudiū in omnibus suis, & augebitur gloria eius, & committentur ei ab habētibus potestatem & ab aliquibus nobilibus viris secreta negotia, & consulent eum Reges in suis negotiis, &

DE NATIVITATVM

tiis, & exaudient consilia eius. Si verò se prædicto aspectu aspexerint & fuerint impediti: non tantum minuentur omnia prædicta, sed etiam detrimentum huiusmodi occasione habebunt.

*Super
Venerẽ
Ioue ele
uato.* Item cum Iupiter fuerit dominus anni, & tam ipse quàm Venus fuerint in duobus temporibus boni esse & aspexerint se, eleuato † in illo anno augmentabit gloria eius, & vtilitatem habebit propter mulieres, & erit vitæ splendide, & vtetur puritate, & approbabit sectam suam & secretorum suorum, & opera faciet sanctitatis atque iustitiæ. Si autem fuerit mali esse: patietur tentationem prædictorum occasione. Et si Venus eleuata fuerit super Iouem, & ambo fuerint in duobus tēporibus impediti: certabit in illo anno ipse cuius est reuolutio circa ludos & circa mulierum conuersationem per quas contristabitur, acquirat etiam ab aliis mulieribus diuitias. lædet autem & aliquas, & indignabitur contra aliquem de amicis suis & quædam de pecuniis suis destruentur similiter & de epulis. Si verò fuerint boni esse: vtilitatem habebit & gaudium in omnibus supradictis. Et si ex opposito aspexerit eū Venus in duobus temporibus

poribus, & ambo fuerint boni esse, crescet gloria eius, multi enim parebunt ei, & laudabunt & diligent, & dominabitur familiae suae & acquirat diuitias, & conseruabit eas. Si autem fuerit mali esse: minuentur omnia supradicta, & cōtristabitur eorū occasione.

Item cum Iupiter fuerit Dominus anni, & tam ipse quā Mercurius in duobus temporibus fuerint boni esse, & aspexerint se ad inuicem per quadratū, Ioue super Mercurium eleuato: erit deditus ipse cuius est reuolutio literarum doctrinae & adiuuabit multos & propter adiumentum suum, bona & utilitates adipiscetur. Et si fuerint mali esse: minuētur omnia supradicta & contristabitur occasione eorum. Si verò Mercurio in duobus tēporibus eleuato ambo fuerint impediti, anxius in acquisitione diuitiarum lætabitur & super lucro vili & utilitate modica & erit sine gratia apud homines, & indignabitur in cōuersando cum eis, & nocebit aliquibus & eis inimicus erit. Et si fuerint boni esse: gaudium & utilitatem habebit super omnibus supradictis. Et si aspexerit eum Mercurius in duobus temporibus per oppositum, & ambo fuerint boni esse: addetur in illo anno disciplina & scientia eius,
sciet

sciet etiam secreta consilia, & tractabit venditiones & emptiones, & laudabitur à pluribus, diligetur à familia sua. Si autem fuerit mali esse, minuentur omnia supradicta & contristabitur propter ista.

Item cum Iupiter fuerit dominus anni, & tam ipse quàm Luna fuerint in duobus temporibus boni esse & configurantur ad inuicem per quadratum, & fuerit Iupiter eleuatus siue nocturna fuerit reuolutio, siue diurna: ipse cuius est reuolutio, parentes etiam eius erunt in bono esse in illo anno, & ab omnibus erunt commendati. Habebunt quoque vtilitatem per consanguineos & additamentum suscipient gloriæ. Si verò fuerit mali esse: diminutionem habebunt prædicta, & occasione ipsorum contristabuntur. Si verò Luna fuerit eleuata, & fuerint boni esse, laudabuntur à pluribus, & honorabuntur ab habentibus potestatem & idiotis, & si fuerint mali esse, deficient supradicta, contentionis etiam patietur & gloriæ atque diuitiæ diminutionem, & decipietur circa proprias villicationes. Et si Luna eūdem aspexerit per oppositum in duobus temporibus, & ambo fuerint boni esse, fuerit etiam Luna gradibus paucioribus:

bus: in illo anno augebitur gloria eius & ac-
 quiret diuitias, & lætabitur in cōsanguineis
 & in filiis, & familiaritatem habebit cum
 regibus & principibus, & erit in bono esse, &
 multum sibi tribuet, & intentio sua sibi suf-
 ficiet, nec aliorum consiliis vtetur, & si pe-
 regrè profectus fuerit, reuertetur. Si verò
 impediti fuerint in duobus temporibus, &
 fuerit Luna in pluribus gradibus, diminu-
 tionem patietur diuitiarum & contristabi-
 tur propter diuersas causas & maximè in
 principio anni. De configuratione quidem
 Saturni ad eum prædiximus in quibus tra-
 ctauimus de dispositione Saturni: & hæc qui-
 dem significationes sunt Iouis cum fuerit
 boni esse & coniunguntur ei vel configu-
 rantur planetæ beneuoli, vel cum fuerit
 mali esse & coniunguntur ei, vel configu-
 rantur stellæ maleuolæ. Si verò Iupiter fue-
 rit boni esse, & aspexerit eum planeta
 maleuolus vel fuerit mali esse &
 configuratur stellæ bene-
 uolæ eadem signifi-
 cat quæ prædi-
 ximus in
 Satur-
 no.

E

DE NATIVITATVM

*De significationibus Iouis cum fuerit Dominus
anni à locis in quibus est, ex Hermen-
te. cap. 9. lib. 2.*

Iupiter cum fuerit Dominus anni, & tam
in natiuitate quàm in reuolutione fuerit
boni esse, & in loco proprio vel in quo ha-
bet dignitatem, & fuerit in vno de quatuor
angulis, siue sint de angulis secundum reuo-
lutionem siue de angulis secundum ascen-
dens profectiois: erit famosus illo anno, &
augmentabitur gloria eius, dignitas etiam
atq; diuitiæ. Et si fuerit in medio cœli erunt
huiusmodi occasione magnatum. Si verò
ascendens, ex proprio motu & certamine &
operatione sua. Si verò in occidente erunt
hoc causa mulierum, & aduersariorum & si
in angulo domus patrum, causa parentum
& consanguineorum rerum stabilis & habi-
taculorum. Et si in ipsis locis idem fuerit
mali esse, vel retrogradus, significat diminu-
tionem gloriæ & corruptionem diuitiarum
& negligentiam eius in acquirendo. Con-
tristabitur quidem iuxta significatiõẽ an-
guli in quo est.

Item si Iupiter fuerit dominus anni, & in
duobus temporibus boni esse, & contingit
ipsum

ipsum esse in II. loco, in illo anno erit vitæ laudabilis & in omni quiete, & à pluribus laudabitur & vtilitatē habebunt amici eius per eum. Et si fuerit mali esse erit valde curiosus, & malæ præsumptionis nullum opus faciens, contristabitur etiam per annos & aliquas species.

Item si Iupiter fuerit dominus anni, & in duobus temporibus in quinto fuerit expeditus, fortunabitur in liberis generandis: Si generationem filiorum natiuitas indicauit, & gaudebit in filiis, si habuerit filios. Et si fuerit mali esse contristabitur propter filios, & quasdam legationes atque peregrinationes.

Item si Iupiter fuerit dominus anni, existens in duobus tēporibus in nono vel tertio boni esse: laudabitur in illo anno de pietate & pro diuino cultu peregrinabitur & laudabitur à pluribus & lætabitur super fratribus & super quibusdam rumoribus. Si verò fuerit mali esse, erit in illo anno inanis gloriæ, & accipiet rumores sinistros nocumenta etiam & mœrores causa fratrum & propriam fidem contemnet, & dubitabit de ea. Et si peregrè profectus fuerit, rebus erga votum existentibus obuiabit.

Item si Iupiter fuerit dominus anni, & in duobus temporibus in secundo vel octavo loco fuerit boni esse: otium & moram significat. Veruntamen utilitates aliquas obtinebit, absque petitione & sine certamine vel occasione mortuorum. Si verò fuerit mali esse: significat quòd faciet inuitus expensas multas, mœrores etiam & contentiones causa acquisitionis diuitiarum.

Item si Iupiter in duobus temporibus, in sexto vel duodecimo fuerit boni esse, laudabitur à quodam vili & ignobili vulgo, & utilitatem habebit à captiuis, & reconciliabitur cum inimicis suis. Si verò in iis duobus locis fuerit mali esse, patietur ægritudines è ventositate, & quasdam alias & mœrores per inimicos & carceres. Si verò Iupiter natiuitatis tempore in aliquo fuerit, con-
 altero tigerit verò in reuolutione esse in † aliquo vtrum habeat eandem dispositionem quam in natiuitate habuit, siue aliam: oportet te commixtionem facere dispositionum suarum de duobus temporibus, vt prædiximus in tractatu Saturni & iuxta commixtionem huiusmodi diffinire.

Item si Iupiter fuerit dominus anni, & fuerit reuolutionis tempore in vno de quatuor

tuor locis, qui non aspiciunt ascendens: in illo anno, ipse cuius est reuolutio erit inglorius, nec perueniet ei vtilitas & plures de amicis & notis suis despicient eum, tractabit etiam quasdam inutiles res: vtilium verò modicam aut nullam curam habebit. Et si mali esse fuerit in iis locis: patietur anxietates occasione ipsarum.

De significationibus Martis, cum fuerit Dominus anni, & fuerit boni esse, ex Hermete. cap. 10. lib. 2. & Abenragellis cap. 3. par. 6.

MArs cum fuerit dominus anni, & tam in natiuitate quàm in reuolutione fuerit in proprio lumine directus, & velox cursu & in bonis locis, & in propria conditione & in signo in quo habet dignitatem: facit eum cuius est reuolutio fortis animi & eiicientem omnem segnitiam & desidiam & tristitiam: & erit solers & prudens, & promptus ad opera & diuersarum rerum tractationem, & sollicitus in operibus & exercitatus in acquisitionibus & obtinebit quæ quesierit à potestatibus & gloriosus erit in partibus (sive patribus) suis & magnas vtilitates habebit ex suis operibus, &

finis rerum suarum erit optimus. Si verò Mars in alieno signo fuerit boni esse: erit sibi vtilitas à peregrinis & exteris. & si in signo proprio fuerit, erit vtilitas ab amicis & notis. & si fuerit in signis similitudinis hominum: acquirat ab hominibus amicitias, & alacritatem habebit & vtilitatē & laudem ab eis. Et si fuerit in signo aquatico, erit vtilitas occasione aquarum & humidorum. Eodem modo cōsidera & in reliquis signis, considera etiam radiorum projectiones & partes & duodenas particulas quibus coniungitur Mars vel configuratur in duobus temporibus, figuris consonantibus & amicis, quoniam etiam significationes habent domini eorum & secundum speciem illam diffinias & vtilitatem.

Item si Mars fuerit dominus anni, & tam ipse quàm Iupiter fuerit in duobus temporibus boni esse, coniungitur autem vel configuratur cum eo à trino vel sextili aspectu, est autem ipse cuius est reuolutio ex regibus prosperitatem diuturnam habentibus: augetur prosperitas eius & gloria, subditi etiam & familiares eius, erunt ei subiecti atque sequaces, & militia & populus & exercitus, & dominabitur pluribus, erunt & ini-

mici

mici ei subiecti. Et si Mars fuerit in Ariete vel Capricorno dominabitur inimicis suis, & augetur potentia eius in præliis, iumenta quoque sua & arma, & omnia quæcunque significat Mars. Si verò fuerit ipse cuius reuolutio, fortunæ mediocris, & cuius natiuitas nõ indicat tam magnas foelicitates, amabitur viris gloriosis atque illustribus & exercituum ducibus & militibus, magnis videlicet personis, & vtilitatem habebit per eos. Et si fortunæ coniunctus fuerit, in fine acquirat vtilitatem à personis militantibus, & ab iis qui tractant martias artes. Considera etiam signum in quo fuerit Mars, tam in natiuitate quàm in reuolutione, sitne de signis Regalibus an de fortuna mediocri, an de infima, & facias commixtionem ipsius quoque & signi naturæ.

Item si Sol aspexerit eum in duobus temporibus à trino vel sextili aspectu, & ambo fuerint boni esse, augetur gloria eius, atque prosperitas & diuitiæ, coniungetur vxori, habebit etiam filios, & incrementum gloriæ obtinebit à potestatibus & magnatibus, militibus quoque & exercituum ducibus & à multis laudabitur.

Item si Venus aspexerit ipsum in duobus

DE NATIVITATVM

temporibus à trino vel sextili aspectu, & ambo fuerint boni esse, fueritque dominus partis coniugij in septimo in aspectu fortunarum, augebuntur eius diuitiæ atque utilitates, & matrimonio coniungetur, & delectabitur in mulieribus & in eorum coitu, & gratulabitur in eis, & utilitatem habebit per eas, & cum aliquibus concūbet occultè & incrementum habebunt filij sui & vestes, & habebit amicitiam cum principibus & potestatibus & humilioribus. Et si Mars & Venus in signis fuerint in quibus habent dignitates, erunt ei causa mulieris vel alicuius de notis. Si verò in signo fuerint alieno: accident hæc in terra aliena & per alienas personas.

Itē si Mercurius ipsum aspexerit à trino vel sextili aspectu, & ambo fuerint boni esse, augetur utilitas & solertia eius cuius est reuolutio, & exercitatus erit circa agenda, & facilis in rebus & laudabilis, & eloquentia eius & disciplina & scientia quoque & intellectus.

Item si Luna ipsum aspexerit in duobus temporibus à trino vel sextili aspectu, & ambo fuerint boni esse & reuolutio sit nocturna, Luna verò minima lumine existēte
significat

significat acquisitionem bonorum atque utilitatis & prosperitatem in negotiis tractandis per eum atque iocunditatem. De coniunctione vero planetarum cum eo aspectibus aliis, non fecimus mentionem eo quòd aduersa significant. Intentione præfente de bonis aspectibus existente.

*De significatione Martis, cum fuerit Dominus anni & fuerit mali esse, ex
Hermete cap. 11. lib. 2.*

MArs cum fuerit dominus anni & tam in natiuitate quàm in reuolutione fuerit retrogradus, vel sub radiis, vel in corde Solis aut occidentalis, siue in alieno loco, vel cadens ab angulo in locis malis, significat in illo anno ei cuius est reuolutio iracundiam & mentis perturbationem, & tempestatem & insipientiam intellectus, & inquietudinem cogitationum, & turbidum atque inexpertum in rebus agendis. lædetur etiam à feris & equis, & igne, & calore, & sanguine, & ægri tudinibus diuersis, & itineribus non expedientibus, & peregrinationibus inutilibus, & detrimentum fratrum & sororum. Hæc autem omnia iuxta significa-

tionem Martis, & signi in quo est, & si fuerit sub radiis, indicat detrimentum ab igne, & incendio & furto, atque rebus occultis, & deceptionibus, fraudibus & ægritudinibus. Si autem impeditur Mars aliis modis, quibus prædiximus: oportet facere commixtionem eius, & signi in quo est tam ipse quàm ille qui impedit eum maleuolus, & secūdum hoc diffinire. Si enim fuerit in signis similitudinis hominum, erit nocumentum à quibusdam operibus & sermonibus suis, à pugna etiam, calumnia inimicorum & furto, & latrocinio. Si autem cum iis in statione fuerit Mars & tardus in cursu: extendet mala, significat etiam vulnera, vincula, custodiam quoq; & iras, & maximè si in odiofo sibi fuerit signo. Si verò fuerit in signo ferali, in signo reptibili, erit læsio à feris vel à reptilibus: Si verò fuerit in alio signo, indicat fluxum sanguinis, vulnera quoque & ulcera, & cauteria ab igne, & ægritudines à calore, & peregrinationes inutiles. Si verò cum iis fuerit in domo amici sui, moderatū erit impedimentum & ab aliqua nota causa. Si verò in alieno fuerit signo, vel in domo inimici, fortiora & durabiliora erunt mala. Et si fuerit in sua conditione, erit modicum

nocu

nocumentum. Si autem impeditus fuerit in angulo, maior erit aduersitas. Considera quoque radios & per duodenas particulas quibus coniungitur Mars, & quibus configuratur in duobus temporibus figura contraria. Significant etenim hæc aliqua infortunia. Quando autem significabit Mars aliquod infortunium in nocturnis reuolutionibus, velociter dissoluetur.

Item cum Mars fuerit dominus anni, aspexeritq; ipsum planeta infortunatus in duobus temporibus à trino vel sextili aspectu, infert ei cuius est reuolutio secundum naturam propriam detrimentum.

Item cum Mars fuerit dominus anni, & tam ipse quàm Sol in duobus temporibus fuerit mali esse, aspexeritque se ad inuicem per quadratum, & Mars super Solem fuerit eleuatus, erit ipse cuius est reuolutio præceps & irrationabilis, & litigiosus & tristis, curiosus circa diuersa, & circa diuitias & expensas, & infortunium accidet ei prauum in filiis suis, vel eorum aliquis destruetur, & maximè si reuolutio fuerit diurna, & ambo fuerint supra terram. Si verò Sol fuerit eleuatus, incidet in ægrotudines & diuersa pericula, & supplicabit alicui ex præsidibus, & susti

sustinebit læsiones ab eo. Si verò Sol in die aspexerit ipsum per oppositum in duobus temporibus, & ambo fuerint mali esse: patietur in illo anno mœrores & diuersos incursus, & cadet ab alto, pater etiam eius sustinebit periculum contrarium, vel morte violenta morietur. Si verò nocturna fuerit reuolutio, erit negligens, nihil proficiens, etiamsi quod opus inceperit, non perficiet ipsum, consumet quidem diuitias, & patietur afflictionem in suis negotiis.

Item si coniunctus ei fuerit Sol in duobus temporibus, & ambo fuerint impediti: erit in illo anno valdè inconstans, non perseverans in aliqua re, & arguetur à pluribus & vituperabitur, & diuersas tristitias sustinebit & forte ferrum vel ignem, vel iracundiam regiam experietur, paternas etiam disperget diuitias & dolebit oculis, vel infortunium circa † ipsum fiet, & pater eius magnum infortunium sustinebit, vel destruetur & maximè si in angulo fuerit, vel in succedenti angulum. Si verò coniunctus ei fuerit Sol, vel configuratus in vno de duobus temporibus, erunt prædicta minora.

Item si Mars fuerit dominus anni, & tam ipse quàm Venus fuerint in duobus temporibus

ribus impediti, & aspexerint se inuicem per quadratum Marte super Venerem eleuato: Contristabitur cuius est reuolutio, occasione mulierum & inimicorum & renouabuntur ei inimicitia & detrimentum habebit per eas: concumbet etiam cum ancillis, vel propter coniugium & coitum tractabit res turpes. Si verò Venus fuerit eleuata, in eadem dispositione existente vtraque erunt quidem prædicta, moderatius tamen & honestius. Et si Venus aspexerit ipsum in duobus temporibus per diametrum, & ambo fuerint mali esse, erunt in illo anno nimium mutabiles & occasione filij contristabitur, inimicorum etiam & mulierum, & quidam ex iis languebunt, vel morientur. Item si Venus coniuncta fuerit in eodem de duobus temporibus, vtrisque existentibus mali esse, eadem significat sicut diximus de quadrato. Si verò coniuncta fuerit in vno de duobus temporibus, vel non ambo fuerint mali esse, mala erunt minora.

Item si Mars fuerit dominus anni, & tam ipse quàm Mercurius in duobus temporibus fuerint impediti, aspexerintque se inuicem per quadratum, Marte super Mercurium eleuato: In illo anno nocebit aliquibus

nocu

DE NATIVITATVM

nocumēto manifesto sine aliqua occasione,
 & detrahet quibusdā, & accusabit & con-
 tentiones habebit frequēter cum aliquibus,
 & pro quibusdam villicationibus & maxi-
 mam læsionem habebit occasione earum,
 & occasione locutionum, & accusabitur su-
 per iis, quæ nec fecit nec locutus est, & ma-
 ximé si diurna fuerit reuolutio, pro eo quod
 non est in sua conditione Mars. Si verò no-
 cturna fuerit reuolutio, minuuntur quæcun-
 que prædiximus. Et si Mercurius fuerit ele-
 uatus in illo anno, faciet iniustum aliquibus
 & erit malæ præsumptionis & cito satur &
 memor mali & capax rerum & exercitatus
 circa diuitiarum cōgregationem. Et si aspe-
 xerit Mercurius eum per diametrū in duo-
 bus temporibus & ambo fuerint impediti,
 erit in illo anno inuerecūsus & impudicus,
 diligens mendacium, & despiciens verita-
 tem, tractando fraudes atque astutias, &
 forte venena palpabit ad nocendum ali-
 quibus † & coarctabitur eius, & fide iubebit
 pro aliquibus & habebit propterea conten-
 tiones & iudicia, & habebit occasione taliū
 detrimentum, & si Saturnus habuerit digni-
 tatem loco Mercurii exulabit cuius est re-
 uolutio à propria patria. Si verò coniunctus
 fuerit

fuerit ei Mercurius in duobus temporibus & fuerit boni esse: in illo anno augetur scientia eius, & fraudes ac astutias diliget, mendacia etiam & contentiones. & si fuerint mali esse: detrimentum occasione huiusmodi patietur. Si verò fuerint boni esse vtilitatem habebit ex eis, laudabitur etiam & obtinebit quæcunque desiderat. Si autem ambo impediti & sub radiis fuerint: conuersationem habebit cum furibus & adaptabit fictitias literas, & si fuerint boni esse: vtilitatem habebit occasione ipsorum. Si verò Mercurius coniunctus fuerit Marti, vel aspexerit eum in vno de duobus temporibus: minora erunt prædicta.

Item si Mars fuerit dominus anni & tam ipse quàm Luna fuerint impediti, aspexerintque se adinuicem per quadratum, & Mars fuerit eleuatus: in illo anno patietur læsionem matris eius & arctabuntur diuitiæ suæ & videbit mortem alicuius dilecti sui, multoties autem & ipse cuius est reuolutio morietur, vel aliquis de consanguineis suis, vel habebit ægritudinem circa cerebrum, per quam erit mente captus, & maxime si Mars fuerit in terminis Saturni, Luna verò in terminis Martis siue Mercurij. Si verò fuerit

fuerit eleuata Luna super Martē: mater eius læsionem patietur in illo anno: & ipse angustabitur circa diuitias. Et si Luna ipsum aspexerit per oppositionem in duobus temporibus & ambo fuerint mali esse: prauā ægritudinem patietur & amputabitur aliquod membrum eius per ferrū & occasione mulierum tristitias sustinebit. Si verò coniungitur ei Luna in duobus temporibus & ambo fuerint mali esse: erit laboriosus & ægrotabit pessimè, & amputabitur membrum eius per ferrum. Si verò Luna coniuncta fuerit ei in vno de temporibus duobus & ambo fuerint boni esse: mala erunt minora.

De significatione Martis à locis suis, cum fuerit Dominus anni, ex Hermete. cap. 12. lib. 2.

Mars cum fuerit dominus anni & tam in natiuitate quàm in reuolutione fuerit boni esse in vno de angulis: in illo anno ipse cuius est reuolutio obtinebit ea quæ voluerit à potentatibus, & militibus, & erit terribilis apud sui similes, victoriosus in aduersantibus sibi, & laudabilis in omnibus conuersationibus suis, & inueniet dignitatem & gloriam: Et si fuerit in medio cœli: obtineb

obtinebit à regibus quæ voluerit, quòd si in alio loco fuerit: erit bonorum significatio secundum naturam anguli. Si verò fuerit in duobus tēporibus mali esse, vel incendium sustinebit, aut latrocinium, vel à sanguine ægrotabit, aut ab aliqua dispositione calida. & si retrogradus fuerit: fugiet à patria sua & pericula sustinebit, & timendū est, ne fortè patiatur à ferro, & expēsas faciet occasione itinerum & filiorū, & maximè, si reuolutio sit nocturna, & Mars fuerit in medio cœli. Si verò in occidēte fuerit: accidēt ei morbi & incisiones per ferrū & mœrores diuersi: tum cōtra hostes suos præualebit. Si autem in quarto fuerit: corrūpentur habitationes suæ, & domus in qua manet, & consumet diuitias, & infortunia patietur pro diuersis occasionibus, postea verò ab iis liberabitur.

Item si Mars fuerit dominus anni, & fuerit in duobus tēporibus boni esse in vndecimo vel quinto: significat alacritatē per consanguineos & additamentum filiorum & gloriæ ac dignitatis occasione amicorū, & accident hæc omnia sibi à militantibus personis, habebit vtilitatem & ex operibus ignis vel sanguinis & curabit de peregrinatione multoties & fortasse perficiet.

F

Et si Mars fuerit in angulo vel in his duobus locis in bono esse, sicut prædiximus, & fuerit ipse cuius est reuolutio peregrinus longè à patria sua: reuertetur in eã. Si verò in iis duobus locis Mars fuerit mali esse: anxietates & sollicitudines indicat à consanguineis & filiis & inimicitias inimicorum.

Itē si Mars fuerit dominus anni, existens in duobus temporibus in nono vel in tertio boni esse: peregrinabitur cuius est reuolutio & inueniet bona & erit laudatus & fortis in peregrinatione sua. Si verò fuerit mali esse: accusabitur super aliquibus rebus, quarum quædã erunt veræ, & quædam falsæ, & peregrinabitur & dānificabitur, & necessitates incurret & egrotabit à calida infirmitate & à periculo & feris periclitabitur maximè si Mars fuerit in Leone & Scorpione.

Item si Mars fuerit dominus anni & fuerit in duobus temporibus boni esse in loco secūdo: obtinebit bona & vtilitates ex prouentibus sibi ignotis, si vero fuerit mali esse, disperget diuitias & consumet.

Item si Mars fuerit dominus anni, & in duobus temporibus fuerit boni esse, existēs in loco octauo: faciet vtilitatem à mortuis & hæreditatibus. Si verò fuerit mali esse:
occafio

occasione ipsorum, cuius est reuolutio, habebit inimicitias & contentiones, & proprias disperget diuitias.

Item si Mars fuerit dominus anni, existens in duobus temporibus in duodecimo, boni esse: erit in illo anno is cuius est reuolutio, non studens in rebus vitæ vtilibus, habebit & vtilitatem à parentibus, & securitatem habebit de inimicis suis. Si verò fuerint mali esse: sustinebit incommoda occasione prædictorum.

Item si Mars fuerit dominus anni, existens in duobus tēporibus boni esse in sexto, bonam dispositionem quidem habebit ipse in corpore, superabit & hostes suos. Si verò fuerit mali esse, ægritudines habebit à caliditate & humiditate, & ebullitione sanguinis, & si aspexerit ipsum Saturnus: fiet cum eis & sanies, & ægritudines & cholera nigra.

Si verò Mars in natiuitate in aliquo loco, dispositus fuerit, & tempore reuolutionis in eodem loco, vel ab ascendente, videlicet reuolutionis, vel ab ascendente profectio- nis, aspexeritque locum suum secundum natiuitatem, vel fuerit in eo, erunt diffinitiones eius valde fortes. Si verò fuerit alte-

ratus, omnem commixtionem oportebit facere in significationibus locorum sicut præostendimus.

De significatione Solis cum fuerit dominus anni, & fuerit boni esse, ex Hermete. cap. 13. lib. 2.

& Abenragellis cap. 3. par. 6.

QVando contingit Solem esse dominum anni: non accipimus ipsum principaliter ad diffiniendum esse illius anni, sed aspiciamus signum, in quo peruenit directio ab Hylegia, siue Sol fuerit Hyleg siue alius, assumentes significatorem cum eo natiuitatis planetam vel reuolutionis planetam, & qui configurantur cum Sole, quousque in signo illo fuerit Sol, deinde aspiciamus in quo loco fuerit Sol, & assumimus secundo diffinitiones, quæ sunt ab eo. Et si fuerint tam in natiuitate quàm in reuolutione in bono esse, in propria domo vel exaltatione, vel in aliquo loco, in quo habeat dignitatem, & fuerit super terra in bonis locis, significat ei cuius est reuolutio in illo anno propinquitatem circa reges, & potentum dignitates atque gradus illustriores & augmentum gloriæ, & diuitiarum ac utilitatum: laudabitur quòque à pluribus & in cõciliis,
erit

erit exercitatus in suis operibus & in sermo-
nibus & scientia, quibusdam quidem noce-
bit, quosdam verò iuuabit & promouebitur
seruitio potentatum & erit prosperum esse
parentum suorū ac mediorum fratrum eius.

Oportet autem cōsiderare proiectiones
radiatorum, & partes ac duodenas particulas
quibus coniungitur Soli, vel figuratur in
duobus temporibus significant enim diffi-
nitiones secundum naturam illorum.

Item si Sol fuerit dominus anni, aspexe-
ritque eum Venus in duobus temporibus
per sextilem, & ambo fuerint boni esse: lau-
dabitur à pluribus in illo anno ipse cuius est
reuolutio, & erit benè gubernatus, & auge-
bitur sciētia eius, & prosperabitur in sermo-
nibus quoque & in operibus & videbit som-
nia manifesta & vera: & si coniuncta fuerit
ei Venus in duobus temporibus, fueritque
reuolutio nocturna, & Venus occidentalis,
vel reuolutione existēte diurna & illa orien-
talis secundum vtrasque disponens, distans
à solaribus radiis, & apparens: in illo anno
obtinebit beneficia à filiis regum & regibus,
& laudabitur à pluribus, & erit fortunatus
in omnibus conuersationibus suis, lætabitur
& super quibusdam Veneris operibus. Si

verò esse reuolutionis fuerit è contrario secundum videlicet diem ac noctē, tum Venus cum Sole, non sub radiis, aufert aliqua de prædictis.

Item si Sol fuerit dominus anni, & tam in natiuitate quàm in reuolutione fuerit cum Mercurio boni esse, fueritque Mercurius distans à solaribus radiis, siue sit orientalis siue occidentalis in illo anno committetur ei dignitas aliqua, & dominabitur multis, & studebit in locutionibus & in scriptis, & amicabitur cum notariis excellentibus & erit laudatus à pluribus & fortunatus prædicabitur ab omnibus & vtilitatem habebit à seruis & clientibus.

Item si Sol fuerit dominus anni, aspexeritque eum Luna in duobus temporibus à trino vel sextili aspectu: acquirat immensas diuitias, & augebitur gloria eius & procreabit prolem, & erit in bonis & tractando ea quæ significat Luna. Et si aspexerit ipsum in duobus temporibus à quadrato, & ambo fuerint boni esse, perueniet ad honorem atque diuitias & diuersas vtilitates, & laudabitur à pluribus & erit prosper in dispensationibus. Si verò aspexerit ipsum in duobus temporibus per oppositionem, & ambo fuerint

rint boni esse, multiplicabuntur contentiones eius, & rixæ, & erit verbosus, & superabit inimicos suos, & si coniuncta fuerit ei in duobus temporibus & ambo fuerint boni esse, fueritque longè à radiis eius Luna, significant eadem quæ diximus in sextili, verum tamen subiicietur mœroribus quorû euentus erit in bonum, vtetur etiam fraudibus & rebus occultis. Si verò fuerit Luna sub radiis in duobus temporibus, & ambo fuerint boni esse, adhærebit struendis fraudibus, in defraudando & calumniando, & habebit ab huiusmodi læsionem. Cum his omnibus sciendum est quòd cum planetæ fuerint in corde Solis, & boni esse, bona erunt significata, sed si fuerint mali esse, cõtrarium.

De significatione Solis, cum fuerit Dominus anni, & fuerit mali esse, ex Hermete. cap. 14. lib. 2.

SOL cum fuerit dominus anni, prædiximus quòd significatio est diuisoris, & domini signi in quo est diuisio ab Hylegio communicantibus cum significationibus, quas prædiximus. Quod si Sol fuerit impeditus, significatur quòd ipse cuius est reuolutio, incur-

ret necessitates ex his, ex occasionibus quas prædiximus, & malè habebit esse parentum suorum, atque dignitates & gloriæ ipsius cuius est reuolutio. oportet autem obseruare coniunctiones eorum ad partes, & radios & duodenas particulas, & iuxta genera significationum ipsorum erit impedimentum.

Igitur si Sol fuerit dominus anni, aspexeritque ipsum Venus tam in natiuitate quàm reuolutione à sextili aspectu, & ambo fuerint mali esse, significat quòd contristabitur occasione officialium & mulierum atque pecuniæ, & erit in anxietate, & multa tristitia, & malè tractabitur, & à pluribus vituperabitur & accusabitur. Si verò coniuncta fuerit ei Venus in duobus temporibus, & ambo fuerint impediti, fueritque Venus sub radiis: patietur à mulieribus, & occasione ipsarum, & ab inimicis, & propter diuitias & filios tristitias, & patietur corpus ab ægritudine & à pluribus accusabitur, & vtetur fraudibus & angustiis & quibusdam occultis, & lædetur propter venerea opera.

Item si Sol fuerit dominus anni, & coniunctus fuerit ei Mercurius in duobus temporibus, & ambo fuerint impediti: ipse cuius est reuolutio, sustinebit mœrores & diuersa

uerfa incommoda à potentatibus & à quibusdam potentibus, & aliquis de potentibus irascetur contra eum. Intendet autem scriptis mechanicis & aptitudinibus, & scriptis, & dignitatibus, & subiectus erit alicui, & contentiones habebit propter diuersas causas, & contristabitur propter filios & seruos & subiectos sibi.

Item si Sol fuerit dominus anni, & configuratus fuerit Lunæ in duobus temporibus à trino vel sextili aspectu & ambo fuerint impediti: propter consonantiam figuræ, aufert ex quibus prædiximus malis, erit veruntamen in multa turbatione & multa opera tractans. Et si Luna ipsum aspexerit in duobus temporibus per quadratum & ambo fuerint impediti, ducetur ad contentiones & ægritudines, & corrumpentur facultates eius, & contristabitur per diuitias, & patietur violentiam à quibusdam & inuidebunt ei: poterit tamen nocere quibus voluerit. Et si aspexerit eum Luna per oppositum in duobus temporibus, & ambo fuerint impediti: ruet in contentiones & inimicitias, & lædetur ab aliquo potente multoties, & irascetur contra eum, & tristabitur propter mulieres & consanguineos &

filios & diuitias. Si verò coniuncta fuerit ei Luna in duobus temporibus existens sub radiis, sustinebit timores & nocumenta diuersa & contristabitur ab aliqua potestate & occasione parentum. Si verò configurationes prædictæ in vno fuerint tempore: debiliores erunt cõsignificationes euentuum.

De significatione Solis de locis in quibus fuerit existens dominus anni, ex Hermete. cap. 15. lib. 2.

SOL cum fuerit dominus anni, & tam in natiuitate quàm in reuolutione in angulo fuerit: erit ipse cuius est reuolutio gloriosus, & inueniet bona & laudabitur à pluribus. Et si fuerit in horoscopo vel in medio cœli, augetur gloria eius & famosus erit præ sodalibus suis, & obtinebit bona à rege. Et si fuerit in occidente, committentur sibi gubernationes diuersæ, & dominabitur inimicis, & incolumitate erit, & vtilitatem à mulieribus habebit. Et si fuerit in angulo terræ, habebit commodum causa humanationum parentum & senum. Si verò Sol fuerit in duobus temporibus in locis his mali esse, lædetur secundum significationem anguli in quo est: & terrores sustinebit à rege.

Item

Itē si Sol fuerit dominus anni, & in duobus temporibus in vndecimo vel in quinto fuerit boni esse, erit in illo anno ipse cuius est reuolutio per epulas & vestes lasciuiens, habebit & vtilitatem ab amicis & gratulabitur in filiis vel addetur sibi filius, & prouentus eius fient ampliores & recipiet hospites & diuersas epulas. Et si fuerit in duobus temporibus mali esse contristabitur occasione amicorum, & quorūdam habentium potestatem, malè quidē tractabūt eum, & aduersabitur eis, & contristabitur propter filios.

Item si fuerit dominus anni, existens in duobus temporibus in nono vel in tertio boni esse, peregrinabitur ratione officialium, & laudabitur à pluribus & fidelitatem, & vtilitatem habebunt per eum fratres & consanguinei sui, similiter iuuabitur & ipse ab eis. Si verò in locis ipsis fuerit mali esse obtrectabitur ei à pluribus propter dogmata, capiet & iter inutile, in quo patietur impedimentum, & contristabitur per aliquos peregrinos per fratrem & consanguineos.

Item si Sol fuerit dominus anni existens in duobus temporibus boni esse in secundo vel octauo: significat in illo anno humilitatem & quietem, & quidam prouentus ei
 proue

prouenient absque fatigatione & labore. Si verò in his locis fuerit impeditus, otium & modicam vtilitatem significat, & afflictionem in mundanis negotiis, negligentiam & desidiam & contemptum expedientium.

Item si Sol fuerit dominus anni, existens in duobus temporibus boni esse in sexto, quietem & salutem significat. Si verò fuerit mali esse, significat ægritudinem à caliditate & siccitate, & dolores circa superiores partes in capite & in oculis.

Item si Sol fuerit dominus anni, existens in duobus temporibus in 12. boni esse, significat quòd erit ab inimicis suis illesus, si verò fuerit in mali esse, significat distractionem, anxietates & exilium.

Item si Sol fuerit tam in natiuitate quàm in reuolutione in simili dispositione erunt euentuum iudicia certiora, & si fuerint in alterutra, erunt debiliora.

*De significatione Veneris cum fuerit domina
anni, & fuerit boni esse. ex Hermete
cap. 16. lib. 2. & Abenrag.
cap. 3. par. 6.*

Venus cum fuerit domina anni, & tam in natiuitate quàm in reuolutione fuerit

rit

rit boni esse, in propria domo, vel in loco in quo habet dignitatem, in illo anno ipse cuius est reuolutio, erit in iucunditate & ludis vel tripudiis, & in cantilenis, & in coitu, & in vestimentorum ornatu, iucunditatem & in vnguentorum vnctione habebit familiaritatem & iucunditatem cum amicis, & alios amicos acquirat, & ducet vxorē, & vtetur ornamentis. Et si fuerit in propria domo: prouenient ei huiusmodi bona ab aliqua nota parte. Si verò in alieno loco: erunt sibi in peregrinatione per ignotam personam. Considerandum est & radiationes, & partes, & duodenas particulas quibus coniungitur Venus vel configuratur in duobus temporibus, quod si fuerit conuenienti figura: indicat sospitatem & prosperitatem secundum significationem ipsorum.

Item si Venus fuerit domina anni & tam ipsa quàm Mercurius in duobus temporibus fuerint boni esse, aspiciēte ipsam Mercurio per sextilem: in illo anno amplectetur iocos & delectationes & augebuntur filij & vxores eius, habebit etiam familiaritatem cum mulieribus doctis & pulchris, & commorabitur cum eis in alacritatibus & in ornamentis, associabitur etiam viris peritis & eloquen

Id fieri
ἰσοδικανῶς
 qui potest
χρῶμα
ἰνῶς for-
 tasse potest.

eloquentibus & liberalibus & ciuilibus, & erit conscius secretorum consiliorum*. & quandoque cōtristabitur propriis quæ prædiximus.

Item si aspexerit ipsam Mercurius per quadratum in duobus temporibus Mercurio super ipsam, vel ipsa super Mercurium eleuata, in illo anno diligetur à pluribus, & adhærebit doctrinæ, & literis & disciplinis & ornatui & picturis & augebitur dignitas eius, & gratulabitur in mulieribus speciosis, contristabitur tum per aliqua tempora, pro quibusdam impedimentis. Si verò coniunctus fuerit ei Mercurius in duobus temporibus & ambo fuerint expediti: in illo anno amplectetur tripudia & iucunditates, & adherebit mulieribus eruditis, & gratulabitur super eis & super filiis & adaptabit compositiones sermonum, & concordantias quarundam rerum, picturas & ornatus atque vnguenta odorifera & augmentabitur subtilitas ingenij sui, & benefaciet pluribus & sciet plura de secretis conciliis, & laborem sustinebit, & iter arripiet.

Item si Venus fuerit domina anni & cōfigurata fuerit ei Luna, tam in natiuitate quàm in reuolutione à trino vel sextili aspectu

tu erit in exaltatione in illo anno, & gratulabitur in mulieribus tam suis quàm alienis, & forte pueros concupiscet & vtetur tripudiis. Si verò configurata ei fuerit per quadratum & Luna fuerit eleuata: addentur sibi diuitiæ in illo anno, & contristabitur propter mulieres & voluptates. Et si Venus fuerit eleuata, erit in illo anno dilectus à pluribus & bene tractabilis, contristabitur tum propter coniugiũ & mulieres & concumbet cum mulieribus ignobilibus, & erit prosperum esse matris esse. Et si Luna ipsam aspexerit per oppositum in duobus temporibus, contristabitur occasione mulierum & filiarũ. & si coniuncta fuerit ei duobus temporibus: erit hilaris & eruditus, & curam habebit de alienis mulieribus, suas despiciẽs & tædium habebit ad eas.

De significatione Veneris Domine anni.

cum fuerit impedita, ex Hermete

cap. 17. libro 2.

Venus cum fuerit domina anni, & fuerit mali esse tam in natiuitate quàm in reuolutione, in signo etiã alieno patietur in illo anno anxietates & magna pericula
ac

ac manifesta in omnibus actibus veneris, contristabitur in illo anno super mulieribus & filiis & amicis, & propter ornatum, tripudia, & vestes, cibos etiam & potus, & si habuerit aliquam dignitatem in signo illo: contristabitur propter mulieres proprias. Si verò non habuerit, propter alienas. Et si fuerit in signo odioso sibi: patietur huiusmodi ab ab inimicis, & occasione ipsorum. Si verò in signo amicabili sibi: patietur huiusmodi ab amicis. Et si signum in quo est, non est de signis similitudinum hominis, indicat infirmitatem amoris, & egritudinē & tristitiam, in mulieribus quoque & matribus & in esse earum. Et si fuerit Venus retrograda vel sub radiis: prædicta ratificat, & turbabuntur alacritas eius, & delectationes, & contristabitur propter eas, & incurret læsiones occasione voluptatis. Si verò sic disposita fuerit cum parte coniugij: indicat defectionem propter mulieres. Oportet autem considerare & radiationes & partes & duodenas particulas, quibus coniungitur Venus, vel quibus configuratur aspectu contrario.

Item si Venus fuerit domina anni, & fuerit impedita: indicat impedimentum in rebus quarum est significatrix.

Item

Item si Venus fuerit domina anni, & tam ipsa quàm Mercurius fuerint mali esse, aspexeritque eam Mercurius per sextilem: significat mœrores & perturbationes in his rebus quas significat idem aspectus cum planetæ ipsi extiterūt boni esse. Si verò configuratus fuerit Mercurius Veneri per quadratum, & ambo fuerint mali esse, contristabitur & lædetur, & erit infamis occasione mulierum & villicationum, & in omnibus his quæ significabant quando configurabantur ad inuicem tali modo, planetis ipsis existentibus boni esse, & si coniunctus ei fuerit in duobus temporibus, & ambo fuerint impediti, studebit super mulieribus & tripudiis & alacritatibus, & patietur incommoda propter ipsa, amplius & propter literas, & propter notariatum, & in his omnibus quæ significabant, planetis ipsis existentibus boni esse.

Item si Venus fuerit domina anni & tam ipsa quàm Luna fuerit in duobus temporibus mali esse, aspexerintque se ad inuicem per trinum aut sextilem ~~con~~^a aspectum, in illo anno erit valde varius ad cōcubitus & mulieres, & patietur tristitiam propter eas à matribus, & peruenient ei rumores sinistri

G

diuersi, & impediatur circa iucunditates suas, & delectationes. Et si Luna ipsam aspexerit in duobus tēporibus per quadratum, & ambo fuerint mali esse, Luna super Venerem eleuata, lædetur gratia mulierum, & contristabitur propter diuitias. Si verò Venus fuerit eleuata, malè procurabit res proprias, & contristabitur propter facultates & coniugium, & concumbet cū mulieribus vilibus. Si verò Luna ipsam aspexerit per oppositum: cōtristabitur propter coniugiū & ægrotabit, vel morietur aliquis de filiis suis.

Item si Luna fuerit ei coniuncta in duobus temporibus, & ambæ fuerint mali esse: anxietates patietur à quibusdam viris eloquentibus, & contentionem habebit cum consanguineis suis, & hic quidem coniungetur mulieribus alienis. mulieres verò cum alienis viris. Si verò aspectus fuerit in vno in duobus temporibus erunt debiliores definitiones euentus.

De Venere cum fuerit domina anni, de locis videlicet in quibus fuerit inuenta, ex Hermete. cap. 18. lib. 2.

Venus cum fuerit domina anni, & tam in natiuitate quàm in reuolutione fuerit

rit in angulis expedita, significat quòd ipse cuius est reuolutio † strangulabitur propter diuersas causas, & habebit gratiam ab habentibus potestaté atque principibus: augmentabitur gloria eius & diuitiæ & animalia sua & † hostis regum perseuerabit, & diuersis vestibus delectabitur, & gaudebit in mulieribus, & multiplicabitur coitus eius, & obtinebit desideria sua, augebitur etiam mobilis eius substantia. Et si fuerit retrograda in his locis: obtinebit quidem prædicta, ex modis, veruntamen inhonestibus. Si verò fuerit mali esse: erit turbatus circa vitam suam, & patietur aliqua damna, & quidam obloquetur de eo, & contentiones habebit cum quibusdam & tristitias, & anxietatem secundum naturam anguli in quo est. Et si impedita fuerit à Saturno: patietur ægritudines diuersas frigidas & contrarias, veluti frigora & epilepticas atque phreneticas passionibus. Et si à Marte fuerit impedita: contristabitur gratia mulierum & coitus, etiam incendium patietur vel latrocinia, vel ebullitio sanguinis fiet in eo. Et si in quarto fuerit: videbit obitum mulieris.

variis negociis multiplicabitur.

in hostiis

Et cum Venus fuerit domina anni, & fuerit in duobus temporibus in quinto vel in

vndecimo, boni esse, habebit additamentum mulierum, amicorum & rerum, & gratulabitur super filiis, vel habebit filium. Si verò fuerit mali esse: contristabitur sine causa, vel propter mulieres & filium, & de amicis faciet inimicos.

Item si fuerit in nono vel in tertio aspectu in duobus temporibus boni esse: arripiet iter in illo anno & inueniet prospera in itinere, & laudabitur à pluribus, & vtilitatem habebit à fratribus & cognatis, & quædam de mulieribus suis peregrinabitur, & si fuerit mali esse, iter arripiet inexpediens, & quidam reputabunt ipsum esse infidelem, & cum amicis suis contendet, & pars diuitiarum destruetur.

Si verò fuerit vel in octauo vel in secundo in duobus temporibus boni esse: vtilitatem habebit à vilibus personis, vel à malo actu, propriè vero in octauo, significat multitudinem expēsarum: & si in secundo fuerit impedita, significat desidiam eius & negligentiam eius & diuitiarum diminutionem. Et si fuerit in octauo: indicat inutilitatem & rixas.

Item si fuerit in duobus temporibus, in sexto vel in duodecimo boni esse: habebit
vtilita

utilitatem à vilibus hominibus & causa venenorum. Et si fuerit impedita in sexto: significat ægritudinem & si impedimentum fuerit à Saturno: erit ægritudo à cholera nigra, à Marte verò à sanguine: à Sole siquidem à caliditate. Si verò fuerit impedita in duodecimo, contristabitur ab inimicis, & detentionem patietur. Et si Venus tam in Natiuitate quàm in reuolutione similem dispositionem habuerit in eodem loco existens: certiora erunt iudicia. Si verò fuerit alterata: erunt debiliora.

venationum.

Item si Venus fuerit reuolutionis tempore, cadens ab angulo, significat quòd gaudium eius cuius est reuolutio, confundetur & læsionem habebit propter cibos & potus, & maximè si annus defierit in locum Saturni vel Saturnus fuerit in aliquo angulo reuolutionis.

De significatione Mercurij, cum fuerit Dominus anni, & fuerit boni esse, ex Hermete. cap. 19. lib. 2. & Abenragellis cap. 3. par. 6.

Mercurius cum fuerit dominus anni, & fuerit boni esse, tam in natiuitate quàm in reuolutione, significat in illo anno

pronun-
ciationū acquisitionem diuitiarum & laudem à pluribus, & vtilitatem habebit occasione negociationis & intellectus & scientiæ & doctrinæ & orationum & † dispositionum & contentionis & quarundam villicationum * & placebit & videbitur ab omnibus & laudabitur à pluribus. Oportet quoque aspicerre & radiationes & partes & duodenas particulas, quibus coniungitur vel configuratur Mercurius in duobus temporibus. Indicat enim fœlicitatem in rebus illis quibus significant.

Item cum fuerit Mercurius dominus anni, & tam ipse quàm Luna fuerit boni esse, & configurati fuerint adinuicem à trino vel sextili aspectu: ipse cuius est reuolutio ad diuersas disciplinas perueniet. Etsi Luna ipsum aspexerit in duobus temporibus per quadratum & fuerit boni esse super ipsam Mercurio eleuato: addetur scientia eius & prudentia & contristabitur propter plura. Si verò Luna fuerit eleuata: in illo anno erit inanis & fordidus & incōstans in omnibus. Et si aspexerit ipsum in duobus temporibus per oppositum & ambo fuerint boni esse, inimicitiam tenebit contra aliquos & superabit omnes resistentes sibi & contendentes.

tes. Si verò coniuncta fuerit sibi in duobus temporibus, & ambo fuerint boni esse: in illo anno augebitur disciplina eius atq; scientia, dabit pluribus de sua scientia, & erit laudabilis, & familiaritatem habebit cum vili- bus personis, & si habuerit matrem addetur scientia eius & prudentia & villicatio. Cum his omnibus si inspectus fuerit in vno de duobus, multã partẽ aufert significationis.

De Mercurio cum fuerit dominus anni, & fuerit mali esse, ex Hermete. cap. 20. lib. 2.

Mercurius cum fuerit dominus anni, & tam in natiuitate quàm in reuolu- tione fuerit mali esse: patietur in illo anno diuersa incommoda occasione seruorum, vel filiorum, vel vilium personarum, aut di- sciplinarum, aut sociorum, vel notariorum & literarum, & villicationũ, & sermonum, & contentionis, & rixę, deficient etiam † spe- spes. cies eius & desperatus erit ab omni utilita- te. Si verò fuerit occidentalis & tam ipse quàm pars filiorum fuerint impediti: patie- tur filius eius ac serui aduersitates. Et si con- iunctus fuerit parti amicorum, erit impedi- mentum ab amicis. Si verò parti operis vel

regni: erit impedimentum ab aliquibus habentibus potestatem & vincula ac compe-des sustinebit & diuersa incommoda patietur. Si verò Orientalis fuerit minora erunt prædicta.

Cum verò dominus anni fuerit, & tam ipse quàm Luna fuerint mali esse in duobus temporibus, & configurata fuerint ad inuicem per trinum vel sextilem aspectum, patietur tristitias occasione itineris, amicorum etiam vel disciplinarum, vel perditionis quorundam. Si verò fuerit per quadratum, tristitiam patietur, † includetur à pluribus occasione literarum, & includetur vel incarcerabitur. Et si Luna fuerit eleuata: erit timidus in illo anno, & instabilis.

Item si aspexerint se adinuicem per oppositum, & fuerint impediti: erit & sic timidus, & contentiones habebit ac inimicitias, & si coniuncta ei fuerit Luna in duobus temporibus erit facile conuertibilis, & finget aliqua mendacia, & patietur læsionem propter viles personas. Configurationes autem Mercurij cum reliquis stellis prædiximus, tu autem tuo intellectu discerne iudiciorum commixtiones.

De

*De significatione Mercurij cum fuerit dominus
anni, de loco in quo inuentus fuerit, ex
Hermete cap. 21. lib. 2.*

Mercurius autem cum fuerit dominus
anni, & in angulo tam in natiuitate
quàm in reuolutione liber à malis: significat
quòd ipse cuius est reuolutio inueniet di-
gnitatem & gloriam, & à literis & negotia-
tione, & seruitio dominantium. augmenta-
bitur autem scientia eius, & acquirat disci-
plinam, & laudabitur propter ista, & maxi-
mè si fuerit in ascendēte, vel in medio cœli,
& si in his locis fuerit impeditus, occurrent
ei in illo anno tristitiæ occasione literarum
vel computorum, & ægrotabit, & quamcun-
que negotiationem tractabit, damnum fa-
ciet, & in septimo vel in quarto existens si-
gnificat contentiones cum consanguineis.
Et si retrogradus fuerit: accusabitur pro-
pter coitum, ægrotabit ægitudine secun-
dum naturam impediētis planetæ.

Item si Mercurius fuerit in duobus tem-
poribus in vndecimo, vel in quinto, expedi-
tus à malis, obtinebit plura bona in illo an-
no, & amicabitur viris potentibus & offi-
cialibus, & erit in lucris & negotiationibus

& venditionibus & emptionibus, & si habuerit filium gratulabitur super eo, vel nascetur ei filius, si radix natiuitatis eius significauerit filiorum natiuitatem. Si verò in his locis fuerit impeditus: inimicabuntur ei filij sui, & erit hebes ad intelligendum, & si habuerit filium, ægrotabit, & forte morietur, & si retrogradus fuerit, ipse cuius est reuolutio, erit in ambiguitate ad agendum expedientia.

Item si fuerit in nono vel in tertio: peregrinabitur in illo anno, & inueniet in peregrinatione sua bona, ipso scilicet existente in bono esse, tam in natiuitate quàm in reuolutione, videbit etiam somnia manifesta, & laudabitur super dogmate & fide & prudentia & optimis villicationibus & sciet diligenter res, & vtilitatem habebunt per eum tam fratres eius quàm noti. Si verò in his locis fuerit mali esse in ambobus temporibus, illo anno peregrinabitur, & patietur læsionem in peregrinatione, & dubitationem de fide sua, & propterea conuicia patietur & videbit somnia terribilia, & damnificabitur in negociationibus, & in venditionibus ac emptionibus, & odio habebit sorores & consanguineos suos.

Item

Item si Mercurius fuerit in duobus temporibus, in loco secundo vel in octauo, liber à malis, habebit vtilitatem ex venditione & emptione, & prosperitatem habebit in esse suo. Si verò fuerit mali esse, damnificabitur & in agendis suis erit fallibilis, & contentiones habebit propter diuitias.

Item si Mercurius fuerit in duobus temporibus boni esse in loco duodecimo, vel in sexto: in illo anno erit negligens circa diuitiarum acquisitionem & deses circa negotiationes & vtilitates, acquirat autem hæc à quibusdam vilibus hominibus, & ab aliquo actu modico & vili. Et si fuerit in duobus temporibus impeditus: euenient ei ægritudines iuxta naturam planetæ impedientis ipsum.

Et si Saturnus impedierit eum: ægrotabit ventositatibus per frigiditatem, patietur & arthritidem & neruorum ac fibrarum (fortasse febrium) dolores. Si verò impedierit Mars: ægrotabit à repletionem sanguinis & similibus, & apprehendetur in quibus non fecit, & accusabitur de his quæ non egit, & detentiones & tristitias patietur.

Et si Mercurius fuerit in aliquo loco natiuitatis figura, fueritq; in eodem loco & in simili

simili dispositione etiã reuolutionis figura: erũt certiora iudicia. Si verò figuræ fuerint alteratę, oportet ipsas commiscere, & secundum vtriusque completionem diffinire.

De Luna cum fuerit domina anni, & fuerit boni esse. ex Hermete cap. 22. lib. 2.

& Abenrag. cap. 3. par. 6.

LVna cum fuerit domina anni erunt fines euentuum secundũ dispositionem diuisoris & domini signi in quo est diuisio ab Hylegia qualiscunque fuerit Hyleg, accipimus autem participem & planetam, qui fuerit siue secundum natiuitatem, siue secundum reuolutionẽ in Cancro, planetam etiam cui coniungitur Luna in signo quo fuerit, duobus planetis diuidimus annum in duo. Si verò tribus in tria, & si pluribus, in plura, & diffinimus secundũ vnumquemque planetam sicut dispositus fuerit. Sumimus autem in testimonium esse Luna. Si enim bene disposita fuerit: indicat prosperum esse ei cuius est reuolutio. In his videlicet quæ significauerit Luna. Si verò malè: contrarium & languores. Et si fuerit septentrionalis & aucta numeris indicat bona. Si verò

verò meridionalis & minuta : contraria & maximè si fuerit minuta Lunæ.

Oportet autem obseruare & coniunctiones eius ad radios & partes & duodecim particulas, significationis quidem eius, quam significat, cum affigurata fuerit cum planetis prædictis.

Oportet autem aspicere & signum in quo fuerit Luna tempore reuolutionis, habet enim æqualem planetam horoscopo anni. Et si fuerit in signo proprio boni esse, vt pote Cancro vel Tauro eius folio, omnia quæcunque incœperit euenient sibi prospera, & si fuerit impedita indicat impedimenta secundum naturam impediens planetæ. & si fuerit cursu vacua, & in signo Saturni : utilitatem habebit per terras & puteos & plantas cum ipse fuerit boni esse, sed si fuerit mali esse, significat afflictiones & anxietates & vulnera.

Et si fuerit in domo Iouis, cum idem fuerit boni esse : commendabitur à pluribus, & perducet ad finem quæcunque incœperit, & hæreditabit paternas diuitias, & sibi aliqua operatio committetur. Si verò fuerit mali esse, indicat mœrores diuersos & accusabitur ab aliquibus,

Et si

Et si fuerit in domo Martis, existente ipso in medio cœli: indicat læsiones à subiugilibus & corporis incisionem per ferrum & fluxum sanguinis.

Non autem solum oportet considerare Lunam, cum domina fuerit anni, sed etiam dominum signi in quo est. Si enim fuerit in domo Saturni, ipso ab impedimentis libero existente, significat videlicet bona, & si fuerit impeditus, contraria, idem est & in reliquis planetis.

Item cum planeta eleuatus fuerit super dominum anni ostendit operationem eius. Si enim super Iouem existentem dominum anni eleuatus fuerit Sol: præbet aliquam potestatem, super Martem verò peregrinationem. Et si Sol fuerit boni esse, erit peregrinatio bona, si verò fuerit mali esse, contraria. Et si Saturnus fuerit eleuatus super Solem in duodecimo, significat contrarias & inutiles peregrinationes & eiectiones de loco in locum & carcerem, & impedimenta, & litigia.

Et si Luna infortunata fuerit per quadraturam Saturni in reuolutione, prædic malas nato valetudines, inimicos potentes, patrimonij amissionē, mœrorémq; ex filio.

Et si

Et si cum hoc fuerit in signo foeminino, erit suæ vxori odio, & illi molestus,

Et si Luna per oppositionem Saturnum infortunauerit, accident patri occulte ægritudines, dolores in membris absconditis, & dissipabit natus substantiam patris suis malis moribus, experieturque angustias & vitus egestatem.

Et si ambo fuerint in signis quadrupedũ, erit damnum per bestias. Si in humanis, per homines, & sic de cæteris.

Aspice in reuolutionibus annorum ad Lunæ motum in toto anno, & qua die Luna locum radice aspexerit bono aspectu, si fuerit tunc cum stella fortunãte, prædic nato bonum & negociorum celeritatem. Et si fuerit infortunata, contrarium dicit. Nam bonum & malum erit secundum naturam planetæ, cum quo Luna iuncta fuerit, & secundũ hoc profer tua iudicia & non errabis.

Quando Luna fuerit fortunata, vel infortunata in reuolutione ab aliquo planeta, & peruenerit postea ad corpus ipsius planetæ qui fortunauit, vel infortunauit eam, vel ad eius radios per directionem, dando pro quolibet die 59. minuta 10. secunda. Significat bonum vel malum, secundum naturam
illius

illius planetæ, vt Luna per oppositum Saturni debilitata in reuolutione, si fuerint à Luna in Saturnum. 144. gradus, cauere debet sibi natus à periculo post dies 146. à die reuolutionis, vt patet per tabulam directionum ad singulos dies anni inferius positam.

De significatione Domini ascendentis reuolutionis. ex Hermete. cap. 23. lib. 2. &

Abenrag. cap. 12. par. 6.

Post dominum anni diuisor habet significationē suam, sed nos ad hoc quòd sermo procedat secundum ordinem mentionem fecimus, de ascendente anni & domini eius, pro eo quod ipse habet communitatem cum signo reuolutionis & domino eius. Oportet igitur te scire ascendens anni & signum reuolutionis, ac locum domini eius, loca etiam reliquorum planetarum. Virtutes enim natiuitatis planetarum & reuolutionis cognoscuntur ab anni figura & angulis eius, & reliquis locis: vnusquisque igitur locus propriā habet significationem. Et anguli quidem significant ea quæ sunt corporis, atque honores, mulieres etiam ac parentes. Succedentia verò significant ea quæ

quæ sunt substantiæ. filios quoque ac mortuos, prosperitatem & amicos ac bonam famam. Cadentia verò significant fratres & ægritudines & itinera inimicosque atque contētiones & malas famas & impedimenta ac carcerem. adest autem vnicuique propria quædam significatio manifesta his qui diligenter tractant astrologiam. Ostendit autem significationē vniuscuiusque domus planeta qui ingreditur in eam.

Dominus ergo ascendentis reuolutionis tempore boni esse, * Ipse cuius est reuolutio inueniet bona & gloriam. Et si fuerit in ascendente vel in medio cœli: erit sanus corpore, & adipiscetur dignitatem & gradum. Si verò fuerit in septimo vel in quarto: augmentabuntur cōsanguinei eius & mulieres & subditi. Et si fuerit mali esse in locis ipsis ab huiusmodi personis lædetur.

Tam in
natiuitate,
quàm
in reuolutione.

Deinde oportet aspicere ipsum in quo loco figuræ fuerit, & quibus planetarū coniunctus, vel qui coniuncti fuerint ei, & quam significationē habuerit solus, quam & coniunctus cum domino profectiois, vel cum ascendente natiuitatis, cum domino etiam eius ac Luna, & reliquis planetis, & locis beneuolorum vel maleuolorum tam nati-

H

uitatis quam reuolutionis.

Quando igitur fuerit in ascendente anni maleuolus: erit valde impediens, & maxime si impedierit Lunam vel dominum anni. Si igitur fuerit Mars: significat quod inimici eius inuitiabuntur ei. Et si fuerit Saturnus: indicat ægritudinem & nocumenta & detentionem, & carcerem ac similia, oportet autem cum his assumere & naturam signi in quo est. Et si fuerit aliquis de maleuolis in quadratis ascendentis anni, ipse verò dominus ascendentis in bono loco, configuratus cum beneuolis, & aspexerit ascendens: plures de aduersitatibus aufert quas significauit maleuolus.

Item si fuerit alter de duobus maleuolis in ascendente anni, alter verò in ascendente natiuitatis: indicat annū esse contrarium, & valde difficilem, si verò vnus eorum fuerit boni esse: valde aufert de prauitate.

Item si fuerit in ascendente natiuitatis maleuolus: annus verò ad ipsum peruenerit, contingit autem ascendens anni esse signum ipsum, aspexeritque ipsum secundum reuolutionem maleuolus aspectu contrario, quamuis reliqui planetæ fuerint boni esse: tamen in illo anno patietur incommoda & languo

languores secundum naturam maleuoli, & si sic se habeat maleuolus, vt prædicitur, & cum eo dominus ascendens reuolutionis, vel dominus signi profectiois fuerit mali esse: timendum est, ne forte moriatur. Et si maleuolus in quarto loco fuerit impediens dominum anni: plus erit timendum. Si verò in loco ipso pro maleuolo erit beneuolus, significat incolumitatem & salutem & alacritatem, & acquisitionem etiam bonorum secundum naturam beneuoli.

Item si Mars & Saturnus fuerint in medio cœli reuolutionis tēpore: faciunt otium & segnitiam, & desidiam, & † vtilitatem per ^{vtilitatē.} totum annum, & consumet diuitias inutiliter & huiusmodi. Si verò aliquis planeta in illo anno significauerit sibi quiddā bonum: erit bonum ipsum de facili conuertibile, & leuiter destructibile.

Cùm autem Sol vel Luna fuerit in reuolutione cum Saturno in angulo in quarto loco: significat mortem patris vel matris. Cùm verò peruenerit annus in loco bono fueritque dominus anni in loco malo, vel peruenerit annus in loco malo, fueritque dominus eius in loco bono: indicat mediocritatem tam bonorum quàm malorum.

beneuo-
lus.

Item cùm annus peruenerit ad maleuolum, fueritque † maleuolus ibidem: maleuoli impediuntur operationes. Et si peruenerit annus in loco secundo, fueritque in eo in natiuitate maleuolus: indicat damna & expensas inutiles, & maximè si in angulo fuerint maleuoli in reuolutione illius anni, vel in succedentibus angulorum. Si verò in cadentibus ab angulis fuerint: erunt mala leuiora.

Item cùm annus peruenerit in locum peregrinationis fueritque ibidem secundum natiuitatem Saturnus, idem etiam in reuolutione inconuenienter aspexerit locum ipsum, Lunam etiam per quadratum, fueritque Mars cursu tardior in ascendente natiuitatis, Iupiter etiam fuerit in ascendente anni: præsentia quidem Iouis in ascendente, significat exaltationem & dignitatem & potentiam, tamen non erit placida anima eius in actu, Saturnus verò & Mars significant incommodum, & detentiones, & carcerem, & tormenta, & timorem à latronibus, & inimicitias, & iniurias, & nocumenta & mœrores. Item si signum profectiois sextum fuerit signum in figura reuolutionis, aspexerintque ipsum maleuoli, nullo beneuolo

neuolo ipsum aspiciente: significat prauum languorem.

Item cùm annus peruenerit in sexto loco siue in duodecimo siue in quarto siue in septimo siue in octauo, non erit bonum, & maximè si dominus eius fuerit tempore reuolutionis, vel retrogradus vel † secundarius aut configuratus maleuolo.

stationarius.

Item si peruenerit annus in secundum locum natiuitatis, fueritque domina anni Venus existens simul cum Saturno in angulo terræ, eritque ascendens reuolutionis octauus locus natiuitatis: indicat impedimenta & detrimenta praua.

Item cùm peruenerit annus in duodecimum locum natiuitatis, fueritque dominus eius Iupiter & contingit ipsum esse simul cum Saturno in septimo loco, fueritque Mars in angulo terræ, significat inimicitias læsionis & periculum mortis propriæ. Item cùm peruenit annus in locum connubij, fueritque tempore reuolutionis dominus eius ac Luna in oppositis triplicitatum suarum vel exaltationum: ipse cuius est reuolutio habebit odio suam patriam & in aliam peregrinabitur regionem.

Item cùm peruenerit dominus anni in

occidentali angulo impeditus: significat exilium à patria & pericula grauia.

Item cùm peruenerit annus patris ab aliquo loco qui significat esse patris, ad aliquem locum, fueritque dominus eius coniunctus domino tertij loci ab ascendente natiuitatis: significat quòd pater habebit filium, vel filius habebit fratrem.

Item cùm fuerit signum profectiois & ascendens reuolutionis idem cum ascendente natiuitatis, fueritque vnum de luminaribus dominus anni eclipsans, vel cū cauda draconis, Saturno ipsum aspiciente: indicat detrimēta & seditiones à communi populo contra eum.

Item cùm fuerit filiorum locus sagittarius, fueritque sagittarius ascendens reuolutionis, & in ipso Saturnus per trāsitum, fueritque Iupiter & Mars & Mercurius & Venus in Leone in ascendente natiuitatis, aspexeritque Mars Lunam ex opposito per gradum: indicat timorem & carcerem, & detentiones, & læsionem filiorum, & salutem postea.

Item cùm quintus locus natiuitatis fuerit dominus Saturni, fueritque per reuolutionem angulus terræ: significat filiorū obitum

tum vel maximè detrimentum. Si verò peruenit annus ad huiusmodi quintum locum, fueritque Saturnus dominus anni in bono esse: significat filij modicam læsionem.

Item cùm annus peruenerit in locum in quo fuerit natiuitatis tempore, Saturnus & Mars, in figura verò reuolutionis quadratura fuerit ascēdentis: indicat læsionem, & iniurias, & impedimenta circa substantiam.

Item si fuerit dominus anni Saturnus vel Mars, fueritque in ascendente reuolutionis in loco videlicet: in quo non habeat dignitatem, & maximè si fuerit secundum natiuitatem in ascendente, vel in eius opposito vel quadrato: Saturnus quidem significat infirmitates & ægrotudines longas, Mars verò significat timorem & carcerem & in diuitiis detrimentum.

Item cùm fuerit Saturnus dominus anni fueritque sub terra, Mars verò ad locum suum secundum natiuitatem peruenerit, & coniunctus fuerit ibidem Saturno, dominus etiam ascendente reuolutionis fuerit in septimo loco, vel sub radiis, beneuolis in cadentibus ab angulis existētibus: indicat detrimentum & detentionē per totū annum.

Item, cùm annus peruenerit in locum

Iouis, fueritque Iupiter per transitum boni esse, aspiciens locum suum, quem natiuitatis tempore possidebat, fuerit autē & dominus anni non cadens ab angulis: indicat prosperitates & abundantia bona, & si habuerit Iupiter multam significationem in illo.

Cùm peruenerit ascendens reuolutionis signum, in quo fuerat in figura natiuitatis maleuolus, vel signum profectiois illum tamquam dominum anni aspiciat maleuolum, & maxime si dominus signi profectiois, vel dominus ascendentis reuolutionis, non aspexit suum dominum.

Item cùm Mars fuerit dominus anni perueneritque Saturnus in reuolutione ad locum Martis secundum natiuitatem, fueritque Mars in reuolutione anni in angulo vel in succedentibus angulorum, & super Venerem eleuatus beneuolis quoque cadentibus: significat asperitatem anni, timorem etiam & detentiones, & carcerem, & nocumenta à ducibus & principibus.

Item cùm fuerit ascendens anni signum in quo fuerit Sol & Luna, oportet accipere dominum luminaris habentis significationem in anno. Cùm autem Sol & Luna in reuolutione anni fuerint mali esse, fuerintque

que in loco septimo vel in quarto reuolutionis figuræ, & maximè si fuerint cum capite vel cauda draconis: significant mortem parentum, & maximè si secundum natiuitatem significarunt esse eorum.

Item cùm est Iupiter in reuolutione anni in capricorno, fueritque impeditus à Saturno quoque & Marte ac Sole: significat læsiones & destructiones.

Item cùm fuerit maleuolus cum domino anni in ascendente reuolutionis & impedierit Lunam: significat impedimentũ anni.

Item si retrogradus fuerit dominus alicuius secundum natiuitatem vel secundum reuolutionem locorum vel sub radiis vel ab aliquo malorum fuerit impeditus, vel in loco fuerit inimico: significat læsionem secundum stationem illius loci, siue locus ille significator fuerit diuitiarum, siue stabilitatis aut aliarum quarumlibet rerum.

Item cùm fuerit dominus anni maleuolus, fueritque secundum natiuitatem in sexto loco & impedierit per reuolutionem Lunam, beneuoli verò aspexerint Lunam secundum reuolutionem à bonis locis, fueritque maleuolus in ascendente anni: indicat detrimẽta maxima & longum languorem.

Item cùm fuerit dominus anni beneuolus fueritque in ascendente reuolutionis maleuolus, impeditur autem Luna ab aliquo eorum, vel * alio: indicat pessimam læsionem ab inimicis, & damnum maximum, amputabitur etiã aliquod membrum eius, non & timor erit de anima eius, & maxime * de aspiciente ascendens beneuolo.

Item cùm fuerit dominus Anni beneuolus, & retrogradus, aspexeritque ipsum Mars per transitum ex opposito, Luna etiam à quadrato, fueritque impeditum ascendens anni siue per Solem siue per quemcunque modorum, domino eius non aspiciente ipsum: maxima nocumenta significat in corpore, & ab inimicis & latronibus, damna etiam & perditionem diuitiarum.

Item cùm fuerit dominus anni Saturnus, & restitutus fuerit in locum, quẽ natiuitatis tempore perhibebat, aspexeritque ipsum per reuolutionem Mars: significat detrimẽtum secundum stationem domus in qua fuerit Saturnus. Si verò in ascendente reuolutionis, aut cũ Luna: læsionẽ significat corporis.

Item cùm dominus anni & ascendens reuolutionis & dominus eius ac Luna fuerint impediti ab aliquo à coniunctione, vel à quadra

à quadrato vel ab opposito: significat destructionem eius, & damnum diuitiarum. Si verò Iupiter vel Venus cum Luna fuerint, vel cum domino anni: eripietur ab ipsis impedimentis.

Item cùm fuerit Luna secundum reuolutionem in Cancro, & Sol in ariete, & impedimentum à Marte à Cancro: significat detrimenta & destructiones.

Item cùm fuerit Luna secundum reuolutionem in signo masculino & impeditur simul à Saturno quoque & Marte, fueritque dominus loci maleuolus: significat aduersitates & læsiones.

Item cùm fuerit dominus anni impeditus ab aliquo maleuolo: erit annus timoris & multarum sollicitudinum ac damnorum. Si verò configuratus fuerit ei Iupiter: indicat ab huiusmodi liberationem.

Item cū fuerit dominus anni Mercurius, & fuerit impeditus à Marte in occidentali angulo: significat obitū † similiter fratrum. suorum.

Item cùm fuerit dominus anni secundum natiuitatem in decimo: tempore verò reuolutionis similiter in decimo, vel in vndecimo à beneuolis inspectus: significat inuentionem diuitiarum & potestatis.

Item

Item cùm fuerit dominus anni in decimo secundum natiuitatem & secundum reuolutionem, significat alicuius dignitatis obtentum.

Item cùm dominus anni fuerit secundum natiuitatem in cadenti ab angulo & sub radiis, & secundum reuolutionem in sexto vel in octauo, vel sub radiis & cum Saturno configuratur: significat successionem officij & vocationem & otium, amplius autem impedimenta morti similia.

Item cùm fuerit Iupiter boni esse secundum natiuitatem, in reuolutione verò in angulis, aspexeritque dominum anni: significat adipiscentiam gradus & honoris, ab officialibus quoque & regibus committentur ei vtilia opera, & prosperitatem habebit in operationibus suis & villicationibus.

Item cùm fuerit dominus anni occidentalis etiam in domo inimicantis sibi vel in sexto vel in duodecimo cum Saturno vel Marte configuratus Ioue cadente ab angulo, & non aspiciente Lunã, † non dominum anni: significat pati defectiones animi, & iniurias ab inimicis.

Item cùm peruenerit annus in angulo terræ, vel in angulo occidentis, fueritque
Saturn

Saturnus ibidē, vel aspexerit locum ipsum aspectu contrario, timor est, ne forte ipse cuius est reuolutio moriatur. Regula quidē † sic & talis & in reuolutionibus annorum.

Cùm inueneris in ascendente reuolutionis maleuolum, ac maleuolus impedierit ascendens natiuitatis, vel Lunam: aut angulos: scito quòd maximum inducis impedimentum. Si verò huiusmodi malus fuerit in ascendente per transitum, vel impedierit aliquem de locis figuræ, inuenerisq; ipsum, quòd non impediēbat in natiuitate locum huiusmodi: scias ipsum impedimentum facere moderatum.

Item cùm fuerit maleuolus orientalis, configuratus † beneuolo, habueritque aliquam dignitatē in ascendente, † vel Luna: utilitatē inducit per labores & afflictiones.

Item cùm fuerint in ascendente reuolutionis beneuoli, vel ingredientur ad aliqua loca planetarum natiuitatis: moderatam utilitatem significant, si in natiuitatis initio aspectu congruo locum ipsum aspiciēbant. Cùm autem retrogradus fuerit vel sub radiis, vel cadens ab angulo: fit debilior dominatio eius.

Item cùm fuerit ascendens reuolutionis
signum

signum in quo fuerat secundum natiuitatem maleuolus, vel in vtrisque maleuoli fuerint: significat transmutationem à loco, fugas & perditiones.

Item cùm fuerit maleuolus secundum natiuitatem configuratus beneuolo, & tempore reuolutionis suæ coniunctus fuerit eidem beneuolo, seu configuratus fuerit ab opposito vel quadrato: significat non modicam læsionem.

Diuisorem reperire.

A Scensionibus obliquis horoscopi in tuo horizonte repertis adicito annos fluentes, & aceruus (abiectis 360. grad. si oportuerit) reperiat in tabula primi mobilis area sub tuo finitore: & dextrorsum in prima linea offeret se gradus signiferi: quem nos diuisionis, seu partitionis locum, Arabes verò Algebutar, Persæ autem Zamoctar appellant. Dominus igitur finium Diuisor, seu diuisionis ac partitionis nuncupatur. At ille planeta qui respicit gradum siue locum partitionis dicitur particeps cum planeta Diuisore.

De

De significatione Saturni quando est Diuisor.

Ex Abenrag. cap. 2. par. 6. & Hermete. cap. 26. lib. 2.

Quando diuidet Saturnus, seu Diuisor fuerit nullo planeta illius terminos, siue locum irradiante, neque ipsum respiciente, afferet nato in anni illius intercapidine morbos chronicos, siue longas ægritudines à frigiditate, & crasso phlegmate prouenientes, & ventris dolore, seu cholica passione, & calculo, seu ptisi, & inflatione, & melancholicis, seu phlegmaticis morbis, variis molestiis & tristitia, pœnitentia, & mentis confusione, & vi, quin & tractatione rerum inutilium & litium multitudine, & inertiam in suis actionibus, & mala administratione.

Saturnus Diuisor infestâs gradum diuisionis absque beneficarum fœlicibus radiis mortem minatur. Nam si Iupiter non asperit gradum diuisionis in vtroque themate, neque Saturnum diuisorem, natus illo anno interibit.

At si Iupiter fuerit particeps cum Saturno, & irrorauerit gradum diuisionis, liberabit natum à mortis periculo.

Si

Si fuerit Mars particeps cum Saturno, minatur damna à seruis. Si verò Mars coniunctus sit cum Saturno, & beneuolus non irradiauerit Martem, indicat morbos, & capitis dolorem, & superabitur ab inimicis.

Si Sol fuerit particeps, & commaculatus, liberabit natum à morte, sed molestias perpeffurum, & pater interibit, vel diuerfas sustinebit calamitates illo anno.

Si Venus fuerit particeps Saturni, ducet vxorem, vel iungetur cum aliqua amica, seu meretrice, & nascetur ei filius, tamen si quem habuerit dolores sustinebit, aut aliquis nepos ex filia ipsius, vel aliqua ex suis mulieribus interibit.

Si cum ipso Saturno particeps fuerit Mercurius, minatur damna à seruis, & ipsorum aliquis interibit, & propter scripturas, vel leges, vel pecunias adulterinas, & propter commercia, siue emptiones & venditiones damna afferet.

Si Luna particeps fuerit cum Saturno, multitudinem curarum indicat, desperationem, & vitæ inæqualitatem, & perturbationem rerum atque administrationem, & quodcūq; aggredietur, impediatur, vel mater eius, vel fratres naturæ concedent, & si
non

non morientur, casus graues sustinebunt, atque hoc tempore in omni sua procuracione atque actionibus impediatur.

Si Saturnus Diuisor in genitura, aspiciaturque ab Ioue, indicat natum utilitates assecuturum ex lucris ab insperato, vel sine labore, aut inuentionem thesauri, atque antiquis quibusdam rebus subterratis, & ex agris, & ædificiis, omnibusque rebus quibus præest Saturnus.

De significatione Iouis quando est Diuisor, & planetarum qui erunt eius participes.

ex Abenr. & Hermete.

cap. 27. libro 2.

QVando Iupiter fuerit Diuisor sine aliqua planetarum radiatione, fueritque in themate natalitio fœliciter collocatus in bono loco indicat quatenus ita genitus breui tempore vxorabitur, legitimósque liberos suscipiet, versabitur cum regibus, seu principibus, & suis ciuibus illustribus, augebiturque ipsius honor, & dignitas, & gloria: & si natus sit mediocris fortunæ imperabit cæteris eiusdem ordinis sui, ipsisque dominabitur in propria patria & diuitias

consequetur. Si verò fuerit superioris fortunæ, consequetur dominium & potestatem in vrbes & loca, & ipsorum incolas, & augebitur ipsius gloria, atque substantia, & nascetur ei filius, vel filia, seu filio filius.

Si Iouis particeps fuerit Saturnus, indicat illum dilaceraturum facultates auitas, & paternas, atque cognatorum, & lædetur eius filius, atque parentes, & tristabitur, adeóquod ad desperationem redigetur, & plorabit, & inertia, atque segnities erit in suis actionibus, & si quidpiam incœperit nõ perficiet, & malus rerum suarum gubernator erit, & in varios incidet morbos.

Si Mars fuerit particeps Iouis, indicat bonorum confusionem, quæ ab Ioue decernuntur, & diminutionem, atque detrimenta ipsorum.

Sol particeps Iouis, indicat natum fore alicuius imperij dominij, & actionis, ipsiusq; facultati accessiones futuras, & fœlicitati & gloriæ & dignitatis, & conuersabitur cum regibus, siue principibus, & plurimos domini ipsius frequentaturos, ipsúmque deprecaturus, fietque illustris, & beatissimus, superabitque omnes calamitates, & lætabitur cum auis, parentibus, cognatis, & liberis, & diuersa

diuersa aderunt gaudia, atque generalem nanciscetur hæreditatem.

Venus particeps Iouis, natus vxorem ducet bonam, cognatamque vel illustrem, & filium suscipiet pulchrum, & ab vxore voluptatem, & vtilitatem consequetur, oblectabitur modulationibus, cantilenis, musicis, lusibus, & voluptatibus venereis, dignasque nanciscetur fœlicitates, & lucrorum copiosa præsidia: Si verò in themate natalicio Iupiter irrigaretur à Venere quotidie increbescet fœlicitas ipsius, & diuitias amplas consequetur, augebiturque vestimentorum ipsius ornatus, regibusque vestibus decorabitur, & habitus regius ei tradetur, multiplicabuntur eius gaudia, & lætitiæ fietque votorum fermè omnium compos. Si natus fuerit mediocris fortunæ mediocriter bona hæc aderunt.

Mercurius cum Ioue particeps, & fuerit innocuus, pollicetur lætitiæ, & vtilitates à doctrina, & disciplinis, & crescet in sciëntia, & elegantia, conciliabiturque cum illustribus, & claris viris atque externis, & rerum ministris, eritque voti compos, & consilij in actionibus, atque administrationibus suis, & fœlix erit atque fortunatus in negotiis,

scripturis, mercibus, & seruitute, & à filiis gaudia percipiet, augebitur ipsius foelicitas, & confirmabitur in suo ipsius instituto. Si Mercurius fuerit male collocatus, minora erunt quæ diximus, atque ex iis multa consequetur. Verum ab ipsis perturbationem sustinebit, labores, & animi molestias.

Luna si fuerit particeps Iouis, indicabit salutem corporis, & bonam valetudinem, & gloriam, & foelicitatem, & lætabitur cum matre, & sororibus si vixerint, & plurima ex iis quæ sperauerat consequetur, laudabitur à multis plus solito, & à plebeis venerabitur, & regibus erit familiaris, & promptus in operibus suis.

De diuisione Martis, & planetarum qui fuerint ei participes: ex Abenr. & Hermete. cap. 28. lib. 2.

SI Mars fuerit Diuisor solus, & nullus planeta sit eius particeps, & fuerit in genitura bene affectus & in reuolutione anni similiter: is qui ita genitus est, si sit illustris fortunę, dabit ei expeditiones militares maximas, atque amplum in milites imperium siue dominium, & multitudinem militum
 priua

priuatorum, confluéntq; ad ipsius ianuam, augebitur robur corporis, & animi magnanimitas, crescent ipsius arma, & iumenta, quippe qui multos pascet equos, & frequenter equitatu vtetur, conculcabit inimicos, aurum, argentum, copiosasque diuitias consequetur, bellis, & triumphis occupabitur, vtetur confidentia, & iustitia in subditos. Si natus verò sit mediocris conditionis, cum regibus, vel principibus habebit familiaritatem, ex qua vtilitatem consequetur, & augebitur ipsius facultas, & aliquibus dominabitur & illustris erit apud suos. Sin fuerit inferioris fortunæ conciliabitur aliquibus principibus, quorum patrociniò fortunabitur, & lucrabitur. Si autem Mars fuerit male affectus, infert corporis morbum à caliditate, à postematibus, & gonorrea dolores, habebitque lites, arripietque inutilia itinera, præsertim quando Mars dominus sit diuisionis male affectus in vtroque themate.

Si Saturnus fuerit particeps Martis, ipsumq; diametra radiatione inspexerit, longum obnuntiat morbum, & mala corporis discrasiam, & humorum defluxus varios, atque molestiam in rebus multitudinemque soli-

itudinum, & exilium è patriis laribus, & fortasse ad inimicorum manus incidet, & diuersis calamitatibus occupabitur. Si autem Saturnus & Mars simul fuerint commaculati, fortasse inuiolentam mortem incurret, vel turpem cædem.

Si cùm Marte fuerit Iupiter particeps, & Mars bene affectus sit in genitura, & in domo Iouis, aspiciatúrque ab ipso, maiorem consequetur foelicitatem, & cum quiete, & prosperitate suas actiones moderabit, & gubernabit, iustitiam administrabit æqua lance, & oportuno ordine vtetur, & operibus bonis, præcipue cum Sol Iouem respicit in genitura benefico intuitu, tunc enim regibus conciliabitur. Si autem Iupiter fuerit male affectus, aduersa experietur à ministris atque principibus, & infensi erunt illi illustres viri, & causa filiorum damno afficietur.

Mars Diuisor, & vnà cum ipso Sol fuerit ~~particeps~~ particeps, lædetur à regibus siue potentioribus, & à parentibus, & captiuitatem, carcerisque incommoda experietur, & morbos, à caliditate, & incendio damna, vel in corpore ignis, seu aquæ feruentis læsionem, & in oculis præcipue dextro aliquid sinistri.

sinistri. Si autem male affecti fuerint, timendum erit de morte violenta ex ferro, vel igne, vt pote ictu scloppi, seu machinæ tormentalis.

Mars Diuisor, & Venus diuisionis socia, siue collega, seu particeps patietur dispendia propter venereos, & detrimenta à cognatis, & filiis, aut ipsorum gratia.

Si Martis diuidentis socius siue particeps fuerit Mercurius, diuersa patietur dissidia & infamias, multique ipsum accusabunt & damna patietur ab inimicis & ab aliquibus scribis, seu mercurialibus, & causa scripturarum, & mendacij, & scripturæ varietatem, & contentionum, & quibusdam actionibus ab ipso procuratis.

Si Luna fuerit Martis diuisoris vicaria, aut particeps, incidet in morbos, & tabem corporis, & varias contentiones, dolebitque ob aliquas administrationes, legationes, nuntios, & infamiam, & ob matrem, sorores, & fœminas, seu vxorem.

De significatione Veneris, quando est Diuisor,

& planetarum qui erunt eius parti-

cipes. Ex Abenr. & Herm-

te. cap. 28. lib. 2.

QVando Sola Venus diuidit, nullusque planeta fuerit socius, seu particeps in diuisione, vel aspectu, vel coniunctus, sitque bene affecta indicat connubium illustre, & vtile, & lætitiã ab vxore, & viris mulierosis, siue effœminatis vtilitatem, & ab regibus regumque filiis, & lucrum ex rebus variis secundis, illis præsertim temporibus in quibus alma Venus erit domina temporis, vel quando peruenerit tempus siue progressio ad signũ, siue gradum in quo erat pars connubij. Et si vir ille erit altæ & supremæ conditionis, erit in illa diuisione multi cibi, & victus vbertatem possidens, & vxorabitur, & novos sibi conciliabit amicos, & amicas, & propter ipsos lætabitur, & econtra ab illis amabitur, & assiduus erit in cantibus, & melodiiis, atque tripudiis, choreis, lætis, & lautis conuiujs. Si verò fuerit mediocris fortunæ vir copulabitur vxori, aut consequetur à mulieribus, & viris effœminatis lucra, & bona plurima, conuersabiturque cum excellentibus viris, aut inclita muliere, & loquetur cum ipsis in subselliis, eruditionis admodum venerandus: & ideo cum Venus sibi ipsi diuisionem impartitur, gloriam indicat, & fœlicitatem pro natura Veneris. Sin

verò

verò fuerit male affecta, minatur in fortuna.

Si Venus fuerit Diuisor, & simul cum ipsa diuiferit Saturnus, impedimēta portendunt in actionibus, & mulieres ipsum spernent & odio prosequantur, & molestias, atque detrimenta patietur ipsarum causa, & amicæ seu concubinæ morbum, vel mortem, & lites habebit, variâsque contentiones cum veneris aut ipsarum gratia ob zelotypiam. Si verò Saturnus ipsam infecerit maligno aspectu, ita genitus voluptatem percipiet à mulieribus, seu veneris adolescentulis, sed breui tempore, deinde illa morietur, & propterea maiore afficietur mærore, & assidue plorabit, seu lugebit.

Si Venus fuerit Diuisor, & particeps sit Iupiter, & natus ille fuerit superioris fortunæ, indicat ipsum fore prudentem & diuitem ducturum vxorem, quæ thesauros multos possidebat, atque literatis, & cum musicis conuersabitur, & vnguentis odoriferis illinietur. Si autem natus ille sit fortunæ mediocris in huiusmodi rebus erit mediocriter fortunatus, sanus, ac lætus viuet.

Venus Diuisor, & vnâ cū ipsa Mars particeps, minantur morbum, & grauem, & acutum, veluti phrenesim, & huiusmodi, &

aliqua ex suis mulieribus interibit, vel graui-
ter ægrotabit, & propter ipsam damna su-
bibit, & cum ipsis lites habebit, & amoribus
incumbet, & crebro coitu vtetur & detri-
mento ab huiuscemodi rebus afficietur. Si
Mars in themate radicis & reuolutionis re-
spexerit venerem, & Mercurium cum aspe-
ctu concordie excitabunt inimicitias, & va-
rias pugnas, & obsidiones, & turpia crimi-
na. Si verò Iupiter aspexerit Martem vtro-
que tempore, soluit casus, & calamitates.

Sol si fuerit particeps cum Venere, glo-
riam decernit, & regis animum erga ipsum
solito propensio-rem, & principum liberali-
tatē, & vtilitatē ab ipsis, atque à parentibus.

Si vnà cum Venere Mercurius diuidet,
vtilitatem percipiet causa eruditionis, & oc-
cultarum disciplinarum, & subillimarum
administrationum, & consequetur à mulie-
ribus lucrorum copiosa præsidia, atque illis
perfluatur. Verumtamen propter hæc, con-
iunctio afficietur ab aliquibus meretricum
causa.

Si Luna in diuisione Veneris particeps
fuerit copulabitur nobili & cognatæ vxori
formosissimæ, & coibit cum plurimis for-
mosissimis mulieribus, aut cynedis & causa
nuptia-

nuptiarum vtilitates magnas fortietur, & diuitias atque dignitatem maximam.

De Mercurio Diuifore, & planetarum qui fuerint in diuifione participes. ex Aben.

& Hermete. cap. 30. lib. 2.

QVando Mercurius fuerit Diuifor, & cum ipfo nullus planeta fit particeps, aut ipsum respiciat, indicat incrementum eruditionis, seu doctrinæ, & cognitionis, & diuitiarum incrementa, vacabit scripturis, & negotiis, & conciliationibus, & voluptatem capiet ex quibusdam rebus mercurialibus. Si verò fit male affectus patietur graua & molestias ab huiusmodi caufis. Quando ergo erit bene affectus manifestam indicat foelicitatem, secundum propriam naturam. Si Saturnus fuerit particeps Mercurij, natus ita erit defatigatus corpore, & incidet in grauem ægrotationem, & longam, ipsiusque actiones impredientur, & piger erit, tardus, & morofus, & in varias molestias, atque lites incurret. Si ipsum respicit Mars, vel gradum diuifionis natus detrimenta patietur, & molestias, atque calamitates, sermonis, & colloquij caufa, & contentio

tentionum, & paucorū administrationum. Si autem præter hæc quæ diximus etiam Luna respiciat terminum illum diametra radiatione, vel quadratum maius adueniet malum, præsertim si dominus anni sit maleficus.

Si Iupiter fuerit particeps Mercurij, disciplinæ & cognitionis incrementum conferet nato, atque eruditionis, ex quibus utilitatem percipiet, diuitiasque à regibus, atq; principibus consequetur.

Si Mars fuerit particeps Mercurij grauem minatur morbū, & calamitates & calumnias, & contentiones, siue iurgia, & offendet propriam rationem ob detrimentum à quibusdam acceptum, & erit à multis reprehensus, & aliquis morbus inuadet caput ipsius præsertim si in genitura Mars aspexerit Mercurium inimico aspectu. Si autem Saturnus testimonium præbuerit Marti, vel respexerit terminum, vel fuerit cadens à signo diuisionis, incidet in manus suorum inimicorum, & sub ipsis subiicietur, incidetque in morbum, pro quo medici desperabunt, & non erit temperatus in corpore, aut capite. At si Iupiter respexerit eum, liberabit ab his periculis.

Si

Si cum Mercurio fuerit Sol particeps, decernit actionis fœlicitatem, & incrementum gloriæ, & imperabit plerisque; & fortunatior fiet maximis in rebus, atque actionibus, atque accessiones confluent in substantia eius, votorum compos erit, & patefient illi arcana doctrinæ & scientiarum.

Venus particeps in diuisione Mercurij, decernit nato eruditionem, amicitias Mercurialium commendationes, & consuetudines cum principibus quibusdam notis, & nascetur ei puer, atque ex fratribus, & sororibus lætabitur, & blandus erit in sermone, seu eloquio suo & res suas bene custodiet, cum mulieribus commertium inibit, & cum illis oblectabitur.

Si Luna vnà cum Mercurio fuerit particeps in diuisione, incrementum suscipiet cognitio ipsius atque eruditio, & disputabit de rebus diuinis, atque cœlestibus & de diuinatione, & futurorum cognitione, & astronomia, eritque industrius in omnibus istis rebus, & quas aggredietur, atq; de ipsis utilitatem consequetur, & ipsius opes crescēt, ac fiet copia maior: & erit votorum fermè omnium compos.

In

In prima domo reuolutiōis, res corporis.

In secunda, diuitias, & augmentum patrimonij.

In tertia, fratres & sorores.

In quarta, res parentum.

In quinta, filios & fœlicitatem & dona.

In sexta, morbos & infirmitates.

In septima, res vxorum, & inimicos manifestos.

In octaua, mortuorū causa aliqua bona.

In nona, itinera.

In decima, gloriam & honorem & dignitatem.

In vndecima, amicos atque bonam famam atque nomen.

In duodecima, inimicos & lites, & infamiam & captiuitatem, seu carceres.

Diuisor ergo est potens ad sciendum nati magisterium, & si erit diues vel pauper.

Si locus diuisionis sit infortunatus in genitura & in reuolutione anni bene affectus, mediocria erunt bona illo anno.

Scias quòd Algebutar, siue Diuisor significat magisteria, de quibus natus se intrmittere debet, & si erit diues, vel pauper. Dominus anni est potens in statibus natorum.

Ait

Diuisor
significat.

Ait Abenrag. Dominum radiorum esse potētiorē Algebutar siue Diuisorem: ego autem ex meis obseruationibus dico quòd Algebutar est potentior quam dominus radiorum.

Dominos radiorum faciliter inuestigare.

QVoniam, vti scripsit Abenragel. par. 6. cap. II. Diuisor nati magisteria, & animorum inclinationes explicat, & dominus radiorum est illo potentior aliquantulum, idcirco de huiusmodi domino paucula quędam recenseamus.

Si (gratia exempli) progressio orientis siue horoscopi ad signum Arietis anno quopiam fuerit deuoluta Mars hospitator, erit anni illius Chronocrator. Si verò aliquis planeta Arietem quacunque radiatione resperxit, radiorum dominus appellabitur, vt puta Iupiter ex 6. Leonis parte illū trigonica radiatione intueatur. Venus è 18. Librę diametro, Saturnus ex 28. Cancri tetragonica. Quā ob rem Mars anni rex imprimis. 73. diebus natorum scepra tenebit, donec planetę radios iaculētur in illas Arietis partes, quas tenet Iupiter, itaq; Martis collega, nati patrocinia tuebitur interstitio dierum

DE NATIVITATVM

146. qui æquipollent. 12. gradibus interiectis è veneris ad Iouios radios. Deinde Iouie di-
tioni ac tutelæ succedit Venus spacio mode-
ratrix vsque dierum 121. cum horis 17. qui
respondent gra. 10. residuis ad tetragonam
Saturni radiationem. Qui tandem radiis
natum pulsabit iniquis. Octonas horas, sex
quater atque dies, æquiuales. 2. gradus
residuis ad calcem vsq; sideris illius, vti hæc
præsens indicat tabella. Hæc sunt Apoteles-
mata Haly filij Isaac Israelita de Diuisori-
bus parte sexta capite.

Tabella radiorum.

Gr.	Dies	H.	M.	2.	Gr.	Dies	H.	M.	2.
1	12	4	11	38	16	194	19	6	16
2	24	8	23	17	17	206	23	17	54
3	36	12	34	56	18	219	3	29	33
4	48	16	46	34	19	231	7	41	11
5	60	20	58	13	20	243	11	52	50
6	73	1	9	51	21	255	16	4	28
7	85	5	20	30	22	267	20	16	7
8	97	9	33	8	23	280	0	27	45
9	109	13	44	47	24	292	4	39	24
10	121	17	56	25	25	304	8	51	2
11	133	22	8	4	26	316	13	2	41
12	146	2	19	41	27	328	17	14	19
13	158	6	31	20	28	340	21	25	58
14	170	10	42	58	29	353	1	37	36
15	182	4	54	37	30	365	5	49	16

De

De chronocratoribus, siue temporum dominis.

Temporum dominos, Græci chronocratores dixerunt, initium temporum in diurnis genituris à Sole accipitur, & ceteris planetis impartitur, in nocturnis verò à Luna. Quum itaque Sol dominus temporum fuerit, vendicat sibi dominatum, siue decernēdi potestatem, annum 1. cum mensibus 7. vt pote menses 19. Luna verò menses 25. siue annos 2. cum vno mense veluti in sequenti tabella conspicitur.

Successores temporum.

	Anni	Dies		Mēses
♄	2	180	♄	30
♃	1	0	♃	12
♂	1	90	♂	15
☀	1	210	☀	19
♀	0	240	♀	8
♁	1	240	♁	20
☾	2	30	☾	25

In diurnis igitur genituris, vt dictum est, primum decennium Sol sibi arrogat.

K

DE NATIVITATVM

Secundum verò qui in natalis themate secundum ordinem signorum in secundo loco fuerit supputatus. Tertium qui post secundum, & simili modo cæteri, sed quicumque suum decennium fuerit sortitus, licet ipse sit principalis totius temporis chronocrator, cæteris tamen planetis per ordinem succedentibus portionem sui decennij distribuit, qui fuerint per ordinem immediate positi in schemate natalicio à se ipso tamen prius incipiens, & post se illis portionem tribuens, qui subsequenter.


























































Quanta sit huiusmodi temporum distributio superior tabella docet.

* * *

Tabula

*Tabula Chronocratorum, siue successorum tem-
poris: iuxta natiuitatem, quæ proponetur
in fine huius operis pro exemplo.*

* * *

	Anni.	Dies.		Anni.	Dies.
	1	110			33 140
 	3	85		 4	34 140
 	3	325		 h	36 320
 	5	50		 	38 350
 4	6	50		 	40 195
 5	8	238		 	42 70
 	10	260		 	42 310
 	12	135		4 	43 310
 	13	10		4 h	46 125
 	14	100		4 	48 155
 4	15	100		4 	50 0
 h	17	280		4 	51 240
 	19	310		4 	52 115
 	21	155		4 	53 205
 	22	30		h	56 20
 	23	120		h 	58 50
 4	24	120		h 	59 260
 h	26	300		h 	61 135
 	28	330		h 	62 10
 	30	175		h 	63 100
 	32	50		h 4	64 100

K 2

DE NATIVITATVM

*De Saturno chronocratore, ex sententia
Firmici lib. 6. cap. 34.*

Saturnus chronocrator, siue successor temporis, si in genitura male affectus minabatur pericula, tunc exequitur quicquid ante decreuerat.

Si orbitatem, tunc miserã filiorum sobolem crudeli potestate prosequetur, est enim puerorum comestor, & profunda vorago.

Si viduitatem, tunc matrimonium, aut repudio, vel dissensione dissociabit.

Si accusationes, tunc inimicorum turbas sulcitabit.

Si ægritudines, tunc vitium miseræ calamitatis infliget.

Si damna, tunc patrimonij facultates variis lacerationibus dilacerabit, & iacturas afferet maximas. Si verò Saturnus fuerit bene collocatus in radice, & prosperum aliquid in genitura pollicebatur, condonationis suæ secutus potestatem, tunc reddet quicquid ante promiserat, præsertim si genituræ dominus ipsum foeliciter aspexerit in diurna genitura.

Saturnus & Iupiter successores temporis, si male fuerint collocati in radice & per ipsos
aliquid

aliquid periculi, vel ægritudo, aut detrimenta, vel infortunium decretum fuerit, tunc omnes periculorum minæ Iouis salutaris Dei potestatibus mitigabuntur. Si verò Iupiter in genitura fuerit bene cōstitutus, maximæ foelicitatis incrementa præstabit præsertim si fuerit diurna genitura, & ipse Iupiter in suis domiciliis, vel altitudine, & in cœli cardinibus, vel succedentibus Saturnum foelicibus radiis aspexerit.

Saturnus & Mars successores temporis: omni malitia sopita: læti decernit temporis gaudium: inuicem enim sese ex contrariis virtutum suarum potestatibus mitigant.

Saturnus & Sol causas concitabunt, & iurgiorum contentiosa certamina, sed ipsæ causæ maxima ex parte de domorum, aut fundamentorum proprietatibus inferentur, præsertim si nocturna fuerit genitura, sed & patri vitæ periculum denunciare videntur. Sic genito etiam dignitatis iacturam afferet.

Saturnus & Venus ab omni quidem infortunio natum separabit, ita vt præcedentis discriminis, quod alterius forsan stellæ malitia perpetrasset occursum, salutari remedio corrigatur. Quòd si ipsa Venus nu-

ptias decreuerit , ita genitis perpulchram dabit vxorem: sin mulieris fuerit genitura vxor virò , aut vidua tunc nuptiali vinculo copulabitur, sed non erit diu longæua.

Saturnus & Mercurius veterum causarum sopitas excitabunt similtates, & latentia contentionum iurgia rediuiuis rursus actionibus facient suscitari , aut ex scripturis, vel mercibus fortunarum rapinas, & detrimenta inferent.

Saturnus & Luna ex vitiosis humoribus ægrotudines concitabunt, aut ex aquis maximum naufragij discrimen impingent , aut nouarum facient litium denunciatione turbari , ita vt omne hoc tempus varia pericula , & varias sollicitudines sæpius inducant, sed hæc si Luna fuerit plena luminibus. sin minuta, & in genitura hostilibus Saturni radiis pullata cum miseris calamitatibus infœlicissimæ mortis obnunciabunt incommoda, atque discrimina.

*De Ioue chronocratore , ex sententia
Firmici lib. 6. cap. 35.*

IVpiter chronocrator solus, gaudia , lætias , sanitatem , foelicitates pro genituræ mensura

mensura decernit, præsertim si ipse fuerit bene affectus, & genituræ dominus, tunc etiam cuicumque nuptiæ, aut filij decreti fuerint, si tempus ætatis admiserit, cum alacritate, & vtilitate non modica perficiet, glorias etiam & honores atque patrimonij, siue diuitiarum incrementa præstabit.

Iupiter & Saturnus, pigra ita genitos faciet semper conuersatione hebetari, ita vt in omnibus ferè actionibus inertis frigoris torpore deficiant, præsertim si sit nocturna genitura, & tunc Saturnus sit malè affectus.

Iupiter & Mars omnem vitæ, negotiorumque ordinem mutabit & si quid præcedenti negotiorum dispositione tractatum sit, ad alterius vitæ ordinem transferet, ita vt hoc tēpore instituta prioris officij deserantur, aut certè variis discriminibus nocebit.

Iupiter & Sol omnia faciet vitæ secreta publicari, atque omnes actus varia ratione conuerti, animum quoque natorum per diuersa sollicitudinum genera variis cogitationibus ducet. Dissipat etiam quicquid fuerit ante compositum, vt turbatis fermè omnibus, atque confusis, animus per diuersa sollicitudinum genera diuidatur, sed hæc in diurna genitura minuuntur.

Iupiter & Venus vicaria, hoc est deputatum sibi à Ioue tēpus arrogans per noctem, aut nuptias celebrare faciet, aut prospera tempora cum foelicitatis commodo condonabit. In diurna verò genitura assiduas indicit amoris illecebras, atque gaudia.

Iupiter & Mercurius tales actus decernit, ex quibus maxima lucrorum commoda conferantur, & plurimarum ac magnarum amicitiarum præsidia conferet, ac in omnibus officiis augmenta prosperæ rationis assignabit, ita vt ex omnibus actibus prospera, & lucrorum, & foelicitatis commoda conferantur cum fausta fortuna.

Iupiter & Luna tranquillæ serenitatis quietem, & maxima foelicitatis incrementa pro genituræ substantia decernit, tūc enim præcedentium infortuniorum dolor variis solationum generibus mitigabitur, tunc egestatis angustia relaxabuntur, tunc egritudinum vitia sanitas constringet, tunc periculorum metus prosperis præsiidiis opponentur, tunc in omnibus certaminibus ex causis ad vota sententiæ proferentur, tunc dolor frangetur, tunc sollicitudo mutabitur, ita vt præcedentium infortuniorum squallore deterso purum ac mūdum foelicitatis tempus

pus accedat, præsertim si Lunam plenam luminibus Iupiter in genesi prospera radiatione respexerit.

De Marte chronocratore, ex sententia Firmici lib. 6. cap. 36.

MArs Solus chronocrator, actus quidem maximos pro geniture substantia decernit, sed cum priore turbatione, ita ut in ipsis actibus qualescunque fuerint, varium periculorum discrimen oriatur, præsertim si diurna fuerit genitura.

Mars & Saturnus in omnibus conuersationibus pigrum tarditatis pondus imponet, ita ut omnia negotia tardius semper agantur, rediget quoque inefficax tempus sordidum, squallidum, & ab omnibus conuersationibus consuetisque actibus semper alienum, & separatum.

Mars & Iupiter omnia prosperitatis comoda decernit, atque ita genitum singula eius negotia prospero cõplere faciet euentu, lucra etiam, & omnia rerum officia largitur, reddet quoque laborantibus requiem, ægris salutem, sollicitis securitatem, errantibus reditum, litigantibus finem, & in angustia, & paupertate cõstitutis abundantiam.

Mars & Sol maxima periculorum discrimina ex assidua calamitate minatur, ac omnem vitæ ordinem misera permutatione conturbat, turbas quoque excitat, seditio- nes mouet, & oculorum dolores, vel capitis acerbos cruciatus cum maxima ægritudi- nis continuatione inferet, vitam quoque omnem maximis periculis, & damnorum incurfionibus concutiet: hæcque erunt ine- uitabilia propemodum pericula, nisi eis bo- num ac salutare Iouis, aut benignæ Veneris patrociniū restiterit.

Mars & Venus rediget quidem prospe- rum tempus ab omni periculorum discrimine separatum, sed ex multarum mulie- rum coitu præpostero, siue nefario in iis- dem mensibus infamia sæpius inferetur, aut ex zelotypiæ titillationibus dispēdia. Quòd si in genitura quadrati, vel eptagoni fuerint, adulteria tunc facient perpetrari: sed hoc facinus cum Iouis præsidio cælant, cum Mercurio autem & Sole etiam cum maxi- mo vitæ periculo facient publicari.

Mars & Mercurius ex scripturis quibus- dam pericula, & damna faciet concitari, aut ex aliquo furto, seu fœnore, vel adulterina pecunia miserum damnum semper infliget, sed

sed inimicos frequentibus faciet rationibus dissipari. Quòd si in genitura quadrati vel diametri sibi inuicem fuerint, tunc maleficiorum, vel adulterinæ pecuniæ crimen indicunt: præsertim si ipse Mercurius in finibus vel domo Saturni, vel Martis fuerit repertus in genitura.

Mars & Luna maxima periculorum discrimina faciet semper inferri, præsertim si fuerit plena luminibus, tunc enim periculorum decernuntur temporum spatia, tunc fugæ, tunc exilia, tunc misera periculorum discrimina concitantur, tunc ita genitos in custodiam, aut publicum carcerem detruentur, tunc incēdia, tunc febres, tunc graue damnum cum misera patrimonij laceratione decernitur, tunc grauis ægritudinum casus semper affertur. Quòd si in genitura cum patrocinio Iouis quadrati, vel diametri fuerint tunc aut cruentam, aut flebilem, seu repentinam mortem facient. Quòd si in genitura Saturnus cum Luna fuerit inuentus, & Luna à Marte deputatum sibi decennij tempus accipiet, etiam cum mortis acerbæ ex præcedentibus periculis inferentur exitia, quæ tamen pericula ex signorum varietatibus sortiuntur euentum.

De

SOL Solus chronocrator nihil prosperum decernit, sed ex ipso male affecto in themate natalicio omnia infortuniorum genera sperare debemus, quæ tamen in diurna ex parte aliqua mitigantur, quippe qui Iouis, aut Veneris testimonio, hoc est præsidio sopiuntur.

Sol & Saturnus, in nocturna quidem genitura pestiferum, ac mortiferum minatur exitium, & in oculis, præcipue dextro, aliquid sinistri, quin & capitis, ac stomachi cruciatus acerbos, quin & dignitatis iacturam minatur, & patri mortem. Verum in diurna genitura si Saturnus fuerit in Ariete vel Leone magnæ fœlicitatis incrementa præstabit pro genituræ substantia.

Sol & Iupiter tranquillæ fœlicitatis comoda cum maxima vitæ lætitia decernit, ita vt omni malorum vestigio deterfo, prosperum fœlicitatis tempus sic in lucem æditus accipiat, tunc enim relaxabuntur damna, tunc sanitas restituetur, tunc homines ex præcedentibus periculis liberantur.

Sol & Mars patrimonio miseris lacera-
tioni

tionibus dilacerato, extremae paupertatis indicit angustias, quin & crebras causarum conflictationes exagitat, capitis etiam crebros dolores excitabit, & in oculo dextro aliquid impedimenti, quin & graue vitae periculum indicit: cum assidua damnorum continuatione, & patris mortem si vixerit, aut acutam ægrotationem satis perniciosam.

Sol & Venus in omnibus quidem negociis prosperum pollicetur euentum, sed vxoris animum cum quadam malitiæ dissensione sæpius inflammabit, ita vt tunc se prodat, & detegat. Sed si ei vxor non fuerit, tunc ab aliqua muliere discrimen indicitur, & propter hoc publicas causas, & forenses simultates exagitat, quin etiam turbas cum viris mediocribus sæpius excitabit.

Sol & Mercurius negotiationes multas, crebros actus, & ex mercibus, seu scripturis, siue ingenij dotibus assidua lucrorum comoda contribuet, sed quæ cum maximis laboribus, & periculis acquirantur.

Sol & Luna omnem vitam nati stabili semper varietate conturbat, ita vt quicquid prisco tempore collocatum fuerit, rursus potioribus rationibus auferetur, eritque illud tempus ex varia inæqualitate mutabile,
ita

ita vt angustiaē repentinis diuitiis releuentur, & ipsas rursus diuitias paupertatis angustiaē subsequantur.

*De Venere chronocratrice, ex Firmici
sententia lib. 6. cap. 38.*

Venus sola chronocratrix coniugales affectus maxima releuat venustatis gratia, sed & lætitiā summa cum securitate contribuet, & ita genitum efficiet vxorium, aut mulierem connubio iunget stabili, propriamque dicabit pulchra Venus, pulchra faciet quoque prole parentem.

Venus & Saturnus aut cum aliqua muliere, vel ipsius causa graues dissensiones sua indignatione peragitabit, aut ab vxore, si sit, vel repudio, vel morte, aut similitudinibus quibusdam separabit.

Venus & Iupiter bonum quidem tempus, & lucrum decernit, sed ex amore quaedam sic genito infamias agitabit, sed vxorem, aut pulchram sobolem præstabit.

Venus & Mars mulierum gratia, aut vxoris multa mala & frequentia dolorum minatur incommoda, tunc enim animum variis amorum illecebris sæpius, & quodammodo

modo semper exagitabit, & propter amoris, aut zelotypiæ dura tormenta, grauem animo dolorẽ imponet, ita vt propter hæc errantis animi vitia, etiam causarum discrimina frequenter accedant. Turbæ etiam, & pericula propter vxores pessimas, aut ab eis inferentur, aut adulterij crimen exagitabit, aut ex cynedorum consortio, amor quidam impurus inhonesta cogitatione conceptus excitabitur, cum animi cruciatibus, & zelotypiæ titillationibus.

Venus & Sol natos faciet suas fugere, & odio habere vxores, aut cum eis diuortium excitabit, & hoc cum capitis periculo, patrimonijque iactura. Si verò prosper Louis radius accesserit, sed ita geniti peregrinationis necessitatibus separantur.

Venus & Mercurius omnia negotia prospero euentu compleri faciet, frequentia etiam lætitiæ gaudia contribuet, lucra quoque maxima conferri faciet, & idonea foelicitate subsidia facultatum.

Venus & Luna maximis quidem in rebus nocebit, omnia infortuniorũ vitia concitando, inquit Maternus: Ego verò dico quòd significat multa bona, nam omnia foelicitatis genera præstabit, mulierum patro-

ciniis,

ciniis, & à populo honores, vxorem quoque & prolem dabit formosam: lucrorum copiosa præsidia, claros honores, & omnia bona ex assidua fœlicitate conferet, faciétque vt omnes actus prosper vt plurimum sequatur euentus.

*De Mercurio chronocratore, ex Firmici
sententia lib. 6. cap. 39.*

Mercurius Solus chronocrator omnia bona cum assidua fœlicitate decernit, faciétque vt omnes actus prosper vt plurimum sequatur euentus.

Mercurius & Saturnus fortunarum iacturas, & domesticorum mortes, & assiduas infortuniorum calamitates minatur, vt parentum, affinium, patronum, & qui nobis prodesse consueuerunt.

Mercurius & Iupiter dies sanè quietos, & ab omni negotiorum, & molestiarũ strepitu separatos insinuat, atque in hac ipsa quiete maxima laudis commoda, & lætitiæ gaudia semper accommodabit, optimamque corporis valetudinem, animique tranquillitatẽ conferet, filios etiam non habentibus (si genituræ ratio, siue ætas permiserit)

rit) omni ratione decernit, alioqui seruos obsequiosos.

Mercurius & Mars inimicos suscitatur, accusationes inferet, & lites ex noua denunciatione excitabit, quas tamen bonum Iouis aut Veneris testimonium mitigabit. In scripturis, & mercibus detrimenta minatur, nati quoque ingenium rediget perplexum, quin etiam corporis discrasiam.

Mercurius & Sol male affectus, maxima patrimonij detrimenta, & maximas animo sollicitudines sæpius indicit. Si verò vterque fuerit foeliciter collocatus in vtroque schemate sanitatem, & diuitiarum incrementa condonabit.

Mercurius & Venus bona commoda ex assidua foelicitate præstabit, securitatem quoque perfectam, animi quietem, corporis sanitatem, & pro mēsurā genituræ commoda lucra & honoris insignia.

Mercurius & Luna maximas ægritudines, maximaque langorum vitia denuntiat si fuerit male affecta, sin secus lucra, honores, & optimam cerebri, & corporis complexionem contribuet, & ita genitum ad crebra itinera solito procliuiorem efficiet, eique lucriferæ, & honoriferæ legationis

L

munera demandabuntur.

De Luna chronocratrice: ex Firmici sententia lib.6. cap.40.

LVna sola moderatrix temporis, lumine diminuta si ad Saturnum feratur, vel plena ad Martem omnifariam mortem minatur, præcipue si fuerit anni regina. At si plena luminibus beneuolarum stellarum fuerit patrociniò adornata, cum maximis licet laboribus, non modica tamen diuitiarum, & honoris incrementa condonabit, cum optima corporis valetudine.

Luna & Saturnus, si Luna fuerit minuta luminibus, & à maleuolis vulnerata ex vitiosis humoribus, aut ex aquis siue naufragiis, miseram mortem, miseramque periculorum minatur exitia, si fuerit plena lumine, euadendi dabit facilitatem, præsertim si à beneficis irroretur.

Luna & Iupiter, omnia bona cum lætitia, & hilaritate decernit, præsertim si Luna fuerit plena luminibus: tunc enim pericula, tunc metus, tunc ægri tudines sopientur, & elanguescunt, tunc pro genituræ mensura fœlicitatis incrementa procedent, resque aduersæ in prosperum tendent.

Luna

Luna & Mars, si Luna fuerit lumine plena, maximas turbas, seditionesque minatur, necnō acutas ægrotationes, & in oculis, præcipue sinistro, non nihil sinistri, seu vulnera in fronte, vel facie, aut capite. At si Luna in themate geneleos fuerit cum Saturno, aut Marte partiliter alligata, aut ipsorum hostilibus radiis vulnerata, cruentum calamitatis minatur exitium, ni fuerit à beneficis foeliciter illustrata in vtroque schemate.

Luna & Sol, ægrotudines acutas, flagrantium febrium miseris læguores, & exustiones indicit, sed hæc omnia mala prosperum Iouis testimonium, siue patrocinium mitescere faciet.

Luna & Venus per diem, sterilitatis stridorem obnunciat, si verò nocturna fuerit genitura honores claros, & maxima lucrorum incrementa præstabit, præsertim si Luna fuerit splendore diminuta.

Luna & Mercurius, frigidas ægrotudines cum maxima corporis debilitate denunciat, natum quoque ad itinera solito procliuiorem rediget, & in rebus Mercu-
rialibus fortunatiorem, præsertim si
in vtroque schemate Luna
fuerit bene affecta.

DE NATIVITATVM





























De Ferdariis, seu temporaria potestate planetarum.

A Nni Ferdarici, & decenniorum pa-
rum differe videntur, & quos Assyrij,
& Arabes vocitant Fridaricos, Græci vero
Decenniorum dominos: Nos vero septi-
moniorum dominos. Nam quilibet plane-
tarum habet quandam determinatam, at-
que diffinitam temporis periodum, hoc est
temporis prærogatiuam, vt pote Sol in na-
tiuitate diurna gubernat vitam nati cum
aliorum planetarum participatione spatio
annorum decem. Sed ipse primus vendicat
sibi septimam partem suorum annorum, vt
pote annum vnum solarem menses. 5. dies
4. circiter. Dein participes fiunt cæteri pla-
netæ per septimam partem in Fridaria So-
lis: veluti in sequenti tabella conspicitur.

Tabulæ duæ Ferdariæ vniuersales om-
nibus genituris hominum
inseruientes.

Fridaria

*Fridaria siue Temporaria potestas plane-
tarum per diem.*

	Anni.	Dies.		Anni.	Dies.
	1	156		h	41 208
 ♀	2	313		h 4	43 52
 ☿	4	104		h ♀	44 260
 ☽	5	260		h ☿	46 104
 h	7	52		h ♀	47 313
 4	8	208		h ☿	49 156
 ♀	10	0		h ☽	51 0
 ♀	11	52		4	52 260
 ♀ ☿	12	104		4 ♀	54 156
 ♀ ☽	13	156		4 ☿	56 52
 ♀ h	14	208		4 ♀	57 313
 ♀ 4	15	260		4 ☿	59 208
 ♀ ♀	16	313		4 ☽	61 104
 ♀ ☿	18	0		4 h	63 0
 ☿	19	313		♀	64 0
 ☿ ☽	21	260		♀ ☿	65 0
 ☿ h	23	208		♀ ♀	66 0
 ☿ 4	25	156		♀ ☿	67 0
 ☿ ♀	27	104		♀ ☽	68 0
 ☿ ☿	29	52		♀ h	69 0
 ☿ ♀	31	0		♀ 4	70 0
 ☽	32	104		♁	73 0
 ☽ h	33	208		♁	75 0
 ☽ 4	34	313		☿	76 156
 ☽ ♀	36	52		☿ ♀	77 313
 ☽ ☿	37	156		☿ ☿	79 104
 ☽ ♀	38	260		☿ ☽	80 260
 ☽ ☿	40	0		☿ h	82 52

(c) 2007 Ministerio de Cultura

DE NATIVITATVM

*Fridaria, hoc est Temporaria potestas
per noctem.*

	Anni.	Dies.			Anni.	Dies.
☉	1	104		☀	40	156
☉ h	2	208		☀ ♀	41	313
☉ ♄	3	313		☀ ♂	43	104
☉ ♂	5	52		☀ ☉	44	260
☉ ☀	6	156		☀ h	46	52
☉ ♀	7	260		☀ ♄	47	208
☉ ♂	9	0		☀ ♂	49	0
h	10	208		♀	50	52
h ♄	12	52		♀ ♂	51	104
h ♂	13	260		♀ ☉	52	156
h ☀	15	104		♀ h	53	208
h ♀	16	313		♀ ♄	54	260
h ♂	18	156		♀ ♂	55	313
h ☉	20	0		♀ ☀	57	0
♄	21	260		♄	58	313
♄ ♂	23	156		♄ ☉	60	260
♄ ☀	25	52		♄ h	62	208
♄ ♀	26	212		♄ ♄	64	156
♄ ♂	28	208		♄ ♂	66	104
♄ ☉	30	104		♄ ☀	68	52
♄ h	32	0		♄ ♀	70	0
♄ ♀	33	0		♄	73	0
♄ ♂	34	0		☉	74	0
♄ ♀	35	0		☉	76	104
♄ ☀	36	0		☉ h	77	208
♄ ☉	37	0		☉ ♄	78	313
♄ h	38	0		☉ ♂	80	52
♄ ♄	39	0		☉ ☀	81	156

De

*De Ferdaria Solis: ex Abenragellis sententia. cap. 4.
par. 6. Hermetis cap. 34. lib. 2. & Ioan-
nis Hispalensis cap. 21. lib. 2.*

IN partibus autem dictis ferdariæ nescio
rationem: nisi quoniam sic experti sunt
perfarum sapientes: & loquar de eis.

Ferdaria siue temporaria potestas Solis
in diurna genitura significat nato mutatio-
nem fieri optimam, si Sol secundum natiui-
tatem fuerit boni esse, tamen in primo & in
secundo mense contristabuntur parentes
sui, postea transibit eorum tristitia & con-
uertetur in gaudium & lætitiā. Et si dispo-
suerit Sol secundum suam ferdariam nato
iuuene existente, inueniet à principibus bo-
na, & dominabitur consanguineis suis, &
addentur diuitiæ eius & gaudium, disponit
autem in iuuetute Sol per ferdariam, quan-
do natiuitas est nocturna. Si verò disposue-
rit in senili ætate letabitur in consanguineis
& in filiis & euenient sibi prosperitates lau-
dabiles. Tunc autem disponit in senili æta-
te Sol, quando natiuitas est diurna, & tran-
sibūt anni septuaginta quinque. Cum enim
disposuerit Sol, & fuerit in propria domo,
vel in terminis Iouis, vel in terminis Vene-

ris: siue sit natus in iuuenili siue in senili ætate, significat fœlicitatem, & salutem, & grauitatum liberationem, & addetur prudentia eius & dignitas, & vtentur consilio homines circa eorum operationes, & acceptabilis erit in sermonibus, & præceptum transibit ad propriam patriam & benefaciet ciuitatibus suis, & erit in bonis, & adipiscetur aurum & argentum, & lapides præciosos, & regalia munera, & vbicunque fuerit honorabitur, & reges desiderabunt ipsum ac sermones suos, & plures de magnatibus accedent ostio suo, & dominabitur terræ & oppidis, & multiplicabuntur arbores eius, & habebit filios. Et si fuerit ei pater, obtinebit & illa bona. Si verò Sol & in natiuitate fuerit ascendente vel cum domino ascendentis existente orientali, prosperitatem significat maximam.

Deinde recipit Venus diuisionem in Ferdaria, videlicet Sol per annum vnum, menses quinque, dies quatuor, horas sex propè, & significat, quòd in huiusmodi diuisione addentur vestimenta eius atque pecunia & * in verbis conueniet nuptiarum vel conueniet nuptiarum vel coniungetur vxori, si natiuitas eius initium aliquid tale significat, & forte

& forte peregrinabitur & morbum occultum habebit. Et si fuerit nocturna natiuitas, eripietur à tristitia & multiplicabuntur diuitiæ suæ, & gratulabitur super mulieribus & filiis & renouabit ædificia mirabilia, & adhuc emet plura, erit etiam liberalis, & propter aliquam iustitiam & sanctimoniam peregrinabitur apud diuina propiciatoria: In quibusdam verò occultis membris corporis languores habebit. Si verò Saturnus & Mars & cauda draconis fuerint cum Venere, vel aspexerint eam aspectu contrario: non tantū huiusmodi auferuntur, sed etiam nocebunt occasione eorum.

Deinde disponit Mercurius in ferdaria Solis annum, menses quinque, dies quatuor, horas sex propè, qui fient simul anni quatuor, menses tres, dies vndecim, horæ viginti propè, & significat quòd in huiusmodi dispositione perdet quædam de pecuniis suis, & nocebit ei aliquis de consanguineis suis, & cadet ab alto loco vel veniet in periculum cadendi, dolebit etiam occultè, & cito liberabitur à dolore. Si verò fuerit nocturna natiuitas in huius dispositione destruet diuitias multas & contentiones habebit, in laboribus affligetur. Et si fuerit in officiis

publicis, damnificabitur, & minuetur lucrum eius, & contristabitur propter falsam scripturam, cadet etiam ab aliqua domo & non lædetur & hæmorroidas patietur & liberabitur ab eis.

Deinde disponit Luna in Solis ferdaria per annum vnum, menses quinque, dies quatuor, horas sex propè, qui simul fiunt anni quinque, menses octo, dies septemdecim, & horæ tres propè. In huiusmodi quidem dispositione tractabit negocia nocitura, & habebit vtilitatē in aliis & patietur damnum à furibus, & delectabitur aspicere aquas, vel nauigabit, dolebit etiam caput & oculos. Si verò fuerit nocturna natiuitas: tractabit negotia finienda, & adipiscetur diuitias, & augmentabuntur prouentus eius, & vtilitates, & munera dabuntur ei occultè, & fiet marinus negotiator, & consumabit diuitias immensas, & loquetur ad principes, & amicos acquirat, & delectabitur in ædificiis erigendis † prauis, & capitis dolor superueniet ei in vltima parte ipsius diuisionis.

Deinde disponit Saturnus in ferdaria Solis annum vnum, menses quinque, dies quatuor, horas sex propè qui simul fiunt anni septem, mensis vnus, dies 21. & horæ 10. propè, &

pè, & significat ipsum contristari in huiusmodi dispositione, & læsionem pati à con- sanguineis suis, dolere ventrem, & pati incendium siue per ignem siue per calidam aquam, dolebit etiam oculos, & liberabitur à dolore & capiet longum iter, & per aquam patietur læsionem. Si verò fuerit nocturna natiuitas: contristabitur & suffusionem habebit circa oculos, & dolebit ventre, & per mare negotiationem tractabit, & patietur læsionem per aquam, similiter & per ignem vel per aquam ebullitam propter naturam videlicet Solis & Saturni.

Deinde disponit Iupiter & ferdaria Solis annum vnum, menses quinque, dies quatuor, horas sex propè, qui simul fiunt anni octo, menses sex, dies viginti quinque, horæ septemdecim, significat quòd in huiusmodi dispositione addentur pecuniæ suæ & thesauri, & vtilitatem habebit à parentibus suis, veruntamen cadet ab alto loco. Si verò fuerit nocturna natiuitas addetur dignitas eius, & gloria, & prosperitas, & dominabitur similibus sibi secundum fortunam, tractabit etiam edificia & augebit diuitias suas, & inueniet thesaurum, vel lucrabitur diuitias multas sine labore, & eleuabitur super
inimi

inimicos suos, veruntamen circa finem huiusmodi diuisionis cadet ab aliqua domo vel ab equitatu.

Deinde disponit Mars in ferdaria Solis annum vnum, mēses quinque, dies quatuor, horas sex propè, qui fiunt in summa anni decem. Et significat quòd in huiusmodi diuisione mutabitur à dispositione in dispositionem, & peregrinabitur & fortè coniungetur vxori, patietur verò mala ex morfu venenoso, vel casum, vel verberationem, & fluxus sanguinis ex hoc fiet, & hæc erunt in primis quatuor mensibus. Si verò nocturna fuerit natiuitas, mutabitur ab vna operatione ad aliam, & peregrinabitur, & patietur laborem multum & certabit super mulieribus & coitu, & super fornicationibus, pro quibus patietur mala, iniuriabitur etiam quibusdam & patietur nocumentum ab eis, ferrum quidem tanget corpus eius, mordetur etiã à cane & ægrotabit dies vndecim, & quotiescunq; fuerint Sol & Mars impediti, toties & ille lædetur.

De

De Ferdaria Veneris, ex Hermete. cap. 35.

lib. 2. & Abenr. cap. 4. par. 6.

Venus autem disponit per suam ferdariam annos octo, ex quibus ipsa sola disponit septimam partem, etiam annum vnum, mensem vnum, dies viginti propè, & significat quòd in huiusmodi diuisione siue dispositione gaudebit natus, & lætabitur & utilitates habebit, & fortassis coniungetur vxori. Si verò nocturna fuerit natiuitas: gaudebit in huiusmodi diuisione & lætabitur super rebus diuersis, & in vxore propria, vel coniungetur alienæ mulieri, & nascetur ei filius fortunatus, & matrimonio copulabit filios suos & filias, & tractabit ædificia & arborum plantationes, & in tantum abundabunt diuitiæ eius, vt ex his thesauros componat, & adipiscetur etiam amicos de iis qui † præsumunt in dignitatibus, & committetur sibi officium maximum, & Reges ei vestimenta dabunt, quinque verò menses huius diuisionis * & dies (vt ait Hermes) meliores sunt reliquis. excellūt.

Deinde disponit Mercurius in ferdaria Veneris annum vnum, dies viginti, & horas decem propè, qui sunt in summa anni duo, menses

menses tres, dies duodecim, horæ viginti
 propè & significat, quòd in huiusmodi diui-
 sione patietur furtum, & amittet substan-
 tiam, & læsionem patietur & ægrotabit & à
 loco ad locum transibit. Si verò fuerit no-
 cturna natiuitas, plurima de acquisitis de-
 struet, & superabitur ab hostibus suis, & fu-
 giet ab eis, & in tantum cōtristabitur, quòd
 abstinebit à cibis & potibus, accidet etiam
 ei ægritudo à potatione veneni vel ab vsu
 aliquorum ciborum.

Deinde disponit Luna in ferdaria Vene-
 ris annum vnum, mensem vnum, dies vigin-
 ti, horas decem propè, qui sunt simul anni
 tres, menses quinque dies quatuor, horæ se-
 ptem propè, & significat quòd in huiusmo-
 di diuisione erit prosperum esse suum, lo-
 quetur cum aliquibus principibus & fortè
 coniungetur vxori. Si verò fuerit noctur-
 na natiuitas: significat quòd liberabitur ab
 infortuniis & prosperitate abundabit esse
 suum, & ad hostia ambulabit maiorum, &
 honorabitur à principibus, & dominabitur
 consanguineis, & congregabit sufficientes
 diuitias, & si non habet vxorem, ducet.

Deinde disponit Saturnus in ferdaria
 Veneris annum vnum, mensem vnum, dies
 viginti,

viginti, horas decem propè qui sunt in summa anni quatuor, menses sex, dies viginti-quinque, & horè decē propè. Et significat in huiusmodi diuisione, quòd erit valde laboriosus, & lucrabitur † miseris, & lædet aliquam mulierem, & à mulieribus lædetur. Si verò fuerit nocturna natiuitas: multiplicabuntur cogitationes suæ & labores & confusionem habebit, nec habebit vtilitatem ex operibus eius, inuitabit quoque suos in cibo & potu, cōtristabitur super eis, & morietur vxor eius, vel habebit rixam cum ea, & forte vxor eius patietur abortum si erit prægnans, & commiscetur mulieri fornicariæ vel ancillæ, & lædet filium suum vel filium alterius.

Deinde disponit Iupiter in ferdaria Veneris annum vnum, mensem vnum, dies viginti, horas decem, propè, qui sunt in summa anni quinque, menses octo, dies septemdecim & horæ tres. Et significat quòd in huiusmodi diuisione erit prosperum esse suum, & fortunabitur pater eius & multiplicabuntur diuitiæ suæ. Si verò fuerit nocturna natiuitas, eripietur ab infortuniis & laudabitur à pluribus & augetur immobilis substantia eius, & si natiuitatis initium pro-

speri

ſperitatem ſignificauerit: ad magnitudinem perueniet gloriæ. Et ſi Venus fuerit cum capite vel Ioue in angulo, dominabitur pluribus per mare & terram.

Deinde diſponit Mars in ſerdaria Veneris annum vnum, menſem vnum, dies viginti, horas decem propè, qui ſimul ſunt ſex mèſes, decem dies & octo & horæ tredecim propè. Et ſignificat quòd in huiusmodi diuiſione laborabit multoties, & lædet fratres ſuos, & fortè ducet vxorem. Si verò fuerit nocturna natiuitas, erit valde fatigabilis & laborioſus, & iniuriabitur quibuſdam & læſionem patientur fratres eius & ducet vxorem aliquam nobilem.

Deinde diſponit Sol in ſerdaria Veneris annum vnũ, dies viginti, horas decem propè, qui ſunt ſimiliter anni octo. Et ſignificat quòd in huiusmodi diuiſione ægrotabit peſſimè, & coniungetur aliquibus præeminentibus & augmentabitur gloria eius atque diuitiæ & vxorem accipiet eruditam. Si verò fuerit nocturna natiuitas: cadet in aliquam ægritudinem prauam, & addètur famuli ei ac famulæ, & induetur decorem Regum, & habitabit cum regibus, & dominabitur inimicis ſuis, & coniūgetur vxori prudentis

dentissimæ & literatæ. Si verò Venus vel Sol habuerint dominium anni & fuerint boni esse: ad magnitudinē perueniet gloriæ. Et si Venus fuerit mali esse, multiplicabuntur vtilitates suæ & loquetur cum Regibus.

De Ferdaria Mercurij, ex Hermete. cap. 36.

lib. 2. & Abenrag. cap. 4. par. 6.

Mercurij ferdaria sunt anni tredecim, post ferdariã videlicet Veneris: disponit quidem ipse septimam partem, videlicet annum vnum, menses sex, dies octo, horas tredecim propè, & significat quòd natus in prima medietate obtinebit bona, vtrò verò incurret mala, & peregrinabitur à regione in regionem, & omnia quæcunque fecerit, non euenient sibi prospera, morietur etiã aliquis de hominibus his vel equus, & ægrotabit ægritudinem in qua non iuuabitur per medicinas medicorum, & si Saturnus fuerit mali esse, & aspexerit ipsum: timor est ne fortè moriatur. Si verò Mercurius fuerit boni esse, aufert mala. Deinde disponit Luna in ferdaria Mercurij annum vnum, menses decem, dies octo, horas tredecim propè, qui sunt in summa anni tres,

M

menses quatuor, dies decem & septem, horarum duarum propè. Et significat quòd in huiusmodi diuisione erit turbata vitæ, nullam habens delectationem in cibo vel potu, sed ipsum illa quæ habebit malis. Et si seruum emet, fugiet, & si negotiationem tractabit, dānificabitur. & si ædificare incœperit, non perficiet ædificium, & si vxorem habuerit eiiciet eam, vel discordiam habebit cum ea, & si non habuerit, quæret & nihil perficiet, & ægritudinem ægrotabit, & cadet à domo vel equo, & vsq; ad mortē appropinquabit.

Deinde disponit Saturnus in ferdaria Mercurij annum vnum, menses decem, dies octo, horas tredecim propè, qui sunt simul anni quinque, menses sex, dies viginti quinque, horarum decem & octo propè, & significat quòd in huiusmodi diuisione addētur amici eius atque diuitiæ, erit etiam liberalis & vsus sufficientes acquirat, & vxor eius ægrotabit languore prauo, vel morietur, & contristabitur supra eam, & peregrinabitur, & in peregrinatione sua sustinebit laborem.

Deinde disponit Iupiter in ferdaria Mercurij annum vnum, menses decem, dies octo, horas tredecim propè, qui sunt simul anni septem, menses quinque, dies quatuor, horarum septem,

septem propè, & significat quòd in huiusmodi diuisione opes lucrabitur ab emolumento diuerso, & congregabit aurum & argentum, & expendet plura, & opponetur contra excellentes personas, & læsionem patietur ab eis, & aliqui viles contendent cum eo, vltimo verò ab huiusmodi liberabitur, exercebit etiam illustre officium, & hospitium ædificabit conspicuum, vtetur mendacio & mendacibus amicabitur.

Deinde disponit Mars in ferdaria Mercurij annum vnum, menses decē, dies octo, horas tredecim propè, qui simul fiunt anni nouem, menses tres, dies duodecim, horæ viginti propè: & significat quòd in huiusmodi diuisione opponetur minoribus suis & habebit refugium apud aliquas personas fama dignas, & ab infortunio ruet in infortuniū, & euadet ab eo, & dominabitur inimicis suis, & iter capiet triste & si negotiationem tractabit, damnificabitur, & si contraxerit societatem cum aliquo, supersedebit, patietur etiam detrimentum ab igne, & cadet ab alto loco, vel erit proximè ad cadendum, & ægrotabit egritudine praua, per quam patietur in capite læsionem, veruntamen conualescet & si vxorem duxerit mo-

rietur ipsa in illo anno, morietur etiam mater sua & incarcerabitur pater eius, & partes eius cadent in passiones prauas.

Mercurij.

Deinde disponit Sol in Ferdaria † Solis annum vnum, menses decem, dies octo, horas tredecim, mensem vnum, dies viginti, horas decem propè. Erit quidem in huiusmodi ferdaria iucundus & hilaris, & quotidie prosperans, & multiplicabuntur famuli eius, & assumet notarium & prouisorè siue procuratorem, & à Regibus adipiscetur diuitias & ab aliis. Remunerabit quidem domesticos suos, & omnes familiares suos, & aliquis de fratribus suis morietur & fortè decumbet cum vxore fratris vel patris sui.

Deinde disponit Venus in ferdaria Mercurij annum vnum, menses decem, dies octo, horas tredecim propè, qui fiunt simul anni tredecim. Et significat quòd in huiusmodi dispositione habebit inimicitias cum aliquibus, & amicabitur & in ea lætabitur, & assimilabitur sibi tum in vestibus quàm in vntione vnguentorum, concipiet etiam vxor eius & patietur abortum. Si verò præcesserit tempore conceptionis filius eius, & si non habuerit filium, videbit mortem alicuius de iis quos habet in loco filij.

De

*De Ferdaria Lunæ, ex Hermete. cap. 37.
lib. 2. & Abenrag. cap. 4. par. 6.*

LUnæ quoque ferdaria sunt anni nouem, disponit quidem septimam partem suam, quæ est annus vnus, menses decem, dies duodecim & horæ viginti propè, & significat quòd erit mutabilis, in gaudio quoque & tristitia, in diuitiis etiam & prosperitate, & habebit rixas cum vxore sua, & peregrinabitur, & incarcerabitur, & subito ad honorem & gloriam extollet in quo adipiscetur diuitias famosas fama dignas.

Deinde rursus post modicum à gloria illa cadet, & iterum reuertetur ad eum, & in fine diuisionis huiusmodi periculum patietur à ferro vel ense vel concludetur. Si verò fuerit nocturna natiuitas, & Luna fuerit impedita: patietur languorem, & persecutionem. Si verò fuerit boni esse: dignitatem habebit, & diligetur à parentibus suis, & habebit vtilitatem ex iis.

Deinde disponit Saturnus in ferdaria Lunæ annum vnum, menses tres, dies duodecim, horas viginti propè, qui simul fiunt anni duo, menses sex, dies viginti quinque, horæ quatuordecim propè. Et in huiusmodi

diuisione habebit contentiones cum regibus, & quæcunque dixerit reputabuntur tanquam mendacia, & patietur detrimentum à seruis suis, & fugient ab eo, & animalia sua perdentur, & plures opes expendet & egrotabit, & patietur læsionem ab igne vel calore vel incisione ferri tribus vicibus, postea hic sanabitur. Et si vxor eius fuerit prægnās, patietur abortum. Si verò fuerit nocturna natiuitas, ægrotabit à calore & patietur læsionem ab igne vel aqua feruente, & per ferrum curabitur, & transibit de loco ad locum in recessu suo, & periclitabitur, & furtum patietur, & ab vno de seruiantibus sibi patietur incommodum, & aliqua de thesauris suis subripiantur à furibus.

Deinde disponit Iupiter in ferdaria Lunæ annum vnum, menses tres, dies duodecim, horas viginti propè, qui sūt simul anni tres, menses decem dies octo, horæ quatuordecim propè, in hac ergo diuisione exercebit officium magnum, & exaltabitur nomen eius, & lucrabitur ab officio diuitias fama dignas, & eleuabitur super inimicos suos & habebit vtilitatem à terra longinqua, & à possessionibus planis & cliuosis, & plantabit plantas, & emet seruos & seruas. Si verò fue-

rit

rit nocturna natiuitas : multiplicabuntur vestimenta eius, & famulabitur alicui.

Deinde disponit Mars in ferdaria Lunæ annum vnum, menses tres, dies duodecim, & horas viginti propè, qui fiunt simul anni quinque, mensis vnus, & dies viginti, horæ decem propè. Et significat quòd in diuisione huiusmodi contristabitur valde & circumuoluetur malis & t̄ admittet possessionibus suis & damnificabitur magnis damnis pro quibus & cruciabitur. Si verò peregrinabitur : mordetur à serpente vel patietur detrimentũ in naui, vel ab igne, vel ab aqua, & morti appropinquabit, & habebit læsionem in oculis, & in pudendis dolorem habebit. Si verò aspexerit Mars, multiplicabuntur mala. Et si fuerit nocturna natiuitas : ægrotabit pessimè, oculos quoque & ventrem: & forte mordetur ab animali, vel patietur læsionem ab igne vel aqua, & furtum sustinebit ab aliquo de seruiētibus suis.

amittet
aliquas.

Deinde disponit Sol in ferdaria Lunæ annum vnum, menses tres, dies duodecim, horas viginti propè, qui fiunt similiter anni sex, menses quinque, dies quatuor, horæ sex propè. Et significat quòd in huiusmodi diuisione remunerabit plures, & diuidet suas

opes inter alienos & exaltabitur & lætabitur in operibus suis, & dominabitur aliquibus, & aut ægrotabit ipse, aut vxor eius, & ab ægritudine ipsa liberabitur per dies triginta. Et si vxor eius fuerit prægnans, patietur abortum, & concipiet postea. Si verò fuerit nocturna natiuitas: ægrotabit & locum de loco mutabit, & addetur doctrina eius.

Deinde disponit Venus in ferdaria Lunæ annum vnum, menses tres, dies duodecim, horas viginti propè, qui fiunt simul anni septem, menses octo, dies 17. horæ tres propè. In huiusmodi quidem diuisione, vtetur melodiis & tripudiis & coitu, & quidam dolores circundabunt & laudabitur in initio huius diuisionis, gratulabitur super seruis, & augetur gloria eius.

Deinde disponit Mercurius in ferdaria Lunæ annum vnum, menses tres, dies duodecim, & horas viginti propè, qui fiunt simul anni nouem, & in huiusmodi diuisione promouebitur in officium † ter, & succedet alius ei † ter, contentiones habebit cum quibusdam, & contra aliquos mentietur & fraudibus vtetur occultis, & expendet opes famosas, & timebit ab aqua & igne. Oportet

tet autem in initio huius diuisionis obseruare se ab huiusmodi per dies 17. ægrotabit etiam filius suus à colera nigra. Si verò fuerit nocturna natiuitas: accusabitur & percutietur ab aqua vel igne, & furtum patietur, vel nocebit ei aqua vel ignis.

*De ferdaria Saturni, ex Hermete. cap. 38.
lib. 2. & Abenrag. cap. 4. par. 6.*

Saturni quidem ferdaria sunt anni vndecim. Disponit quidem ipse in primis septimam partem annorum suorum, quæ est annus vnus, menses sex, dies viginti quinque, horas 17. & significat quòd in huiusmodi diuisione operatus erit aliquid † quo arguetur & fatuus deputabitur vel diffamabitur, contendit etiam in vanum, & vituperium propter filias sustinebit, & contristabitur super his, & exitus eius plus erit, quàm introitus, & minuentur diuitiæ suæ & annullabitur gloria eius & ægrotabit pessimè & si inspexerit eum Mars, & ignis læsionem patietur, vel incisionem à ferro. Si verò fuerit nocturna natiuitas: utilitatem habebit ex quibusdam occasionibus, vel contrista-

bitur super rebus diuersis, & quidam consanguineorum suorum morietur, & dominabuntur ei fatuitas & amentia & otium.

Deinde disponit Iupiter in ferdaria Saturni annum vnum, menses sex, dies viginti quinque, horas 17. propè, qui fiunt simul anni tres, mensis vnus, dies viginti vnus, horæ decem propè, & significat quòd in huiusmodi diuisione honorabitur, ac vtilitatem habebit à regibus, & ab honore ad honorem transcendet, & in fine diuisionis peregrinabitur & ægrotabit. Si verò fuerit nocturna natiuitas: habebit vtilitatem per aliquas occasiones & habebit quorundam notitiam, per quos vtilitatem habebit, & egrotabit. Veruntamen addentur serui ei & ancillæ, vel ducet vxorem.

Deinde diuidit Mars in ferdaria Saturni annum vnum menses sex, dies viginti quinque, horas duas propè, qui fiunt simul anni quatuor, menses octo, dies. 17. horæ tres propè: & significat quòd in huiusmodi diuisione malè habeat esse suum, & necessitates sustinebit, & fortè cadet à domo vel equo, erit discors erga vxorem, inimicabiliter quidem se habebit cum pluribus, & quidam de consanguineis suis languebunt vel eius

filius

filius morietur. Si verò fuerit nocturna natiuitas, patietur tristitias & contentiones diuersas, & forsitan cadet ab alto loco.

Deinde disponit Sol in ferdaria Saturni annum, menses sex, dies vigintiquinque, horas 17. propè, qui fiunt anni sex, menses tres, dies duodecim, horæ viginti, & significat quòd in huiusmodi diuisione addetur gloria eius & committentur sibi iudicia super quibusdam & iudicabit inter multos & lætabitur super aliquibus rebus, & iter accipiet & dolebit caput, & ægrotabit & contentiones habebit contra aliquem præexistentem sibi ætate, & superabit eum.

Deinde disponit Venus in ferdaria Saturni annum vnum, menses sex, dies vigintiquinque, horas 17. propè: qui fiunt simul anni septem, menses quinque, dies octo, horæ tredecim propè: & significat, quòd in huiusmodi diuisione mentientur quidam contra eum, & falsum testimonium perhibebunt & longam contentionem habebit & saluabitur ab ea & gratulabitur super morte inimicorum suorum, vel super infortunio maximo ipsorum, dolebit etiam ventrem vel locum occultum & sanabitur, & morietur vxor eius, & languebit filius eius.

Deinde

Deinde disponit Mercurius in ferdaria Saturni annum vnum, menses sex, dies viginti quinque, horas 17. propè: & significat quòd in huiusmodi diuisione laborabit & peregrinabitur peregrinationem laboriosam, & vxor eius languebit, & contristabitur super aliquibus mulieribus & super morte cuiusdã & addentur diuitiæ suæ & amittet partem ex eis & super amicis lætabitur, & habebit curam de seruis & equitaturis, amplius etiam & de liberis & disputationibus & societatibus in quibus bona & mala patietur.

Deinde disponit Luna in ferdaria Saturni, annum vnum, menses sex, dies viginti quinque, horas 17. qui fiunt simul anni vndecim: & significat quòd in huiusmodi diuisione contristabitur & ægrotabit filius suus & ipse, vel morietur filius suus, & erit medius inter magnitudinem & humilitatem, & peregrinabitur peregrinationem longinquam, in qua opes adipiscetur, & forsitan per totum tempus diuisionis huius erit in peregrinatione, & in eius fine acquirat diuitias.

*De Ferdaria Iouis, ex Hermete. cap. 39.
lib. 2. & Abenr. cap. 4. par. 6.*

Iouis ferdaria sunt anni duodecim. Disponit autem ipse in principio septimam partem ipsorum annorū, videlicet annum, menses octo, dies 17. propè, & significat quòd in huiusmodi diuisione vel mutabitur vel perueniet, transibit ab omni experientia malorum ad experiētiam bonorum, & ab omni anxietate ad omnem iucunditatem, & augmentabitur prosperitas eius atque diuitiæ, & laudabitur à Regibus & t̄cōmunicabuntur sibi negotia fama digna. Et si fuerit Iupiter in natiuitatis initio in propriis terminis vel Veneris, vel in sua triplicitate scilicet in Ariete, Leone, Sagittario, maior erit prosperitatum significatio. Et si natus fuerit superioris fortunæ: dominabitur ciuitatibus & multiplicabitur gens subdita sibi, & ducet vxorem conspicuam, & munera Regum accipiet & habebit diuersos introitus, & plures remunerabit & magna ædificia constituet. Si verò in exaltatione sua fuerit Iupiter: maius erit esse fortunæ.

commit-
tentur.

Deinde disponit Mars in ferdaria Iouis
annum

annum vnum, menses octo, dies 17. horas tres propè. Et significat quòd in huiusmodi dispositione erit contristatus, & faciet alicui officiali quoddam seruitium, propter quod fiet terribilis, veruntamè propter huiusmodi negotium patietur praua pericula & habebit timorem ab aqua & in peregrinationem longinquam mittetur, & valde diliget mulieres & nascetur ei filius.

Deinde disponit Sol in ferdaria Iouis annum vnum, menses octo, dies 17. horas tres propè, qui fiunt simul anni quinque, mensis vnus, dies viginti, horæ 10. propè. Et significat quòd in huiusmodi diuisione augebitur prudentia eius, & erit dominabilis & addentur opes eius atque prosperitas, & inueniet Thesaurum, & adipiscetur diuitias sine labore, & honorabilis erit in omnibus, & exercebit officium maximum, & nascetur ei filius fortunatus.

Deinde disponit Venus in ferdaria Iouis annum vnum, menses octo, dies septem, horas tres propè. Et significat quòd in huiusmodi diuisione frequētabit in atriis Regum & amicabitur eis, & inueniet gloriam, & prosperitatem, & diuitias absque dolore, & morientur inimici eius. Si verò impeditus fuerit

fuerit Iupiter à Saturno & Marte: minuuntur omnia prædicta.

Deinde disponit Mercurius in ferdaria Iouis, annum vnum, menses octo, dies septemdecim, horas tres propè, qui fiunt simul anni octo, menses sex, dies viginti quinque, horæ septedecim propè. Et significat quòd in huiusmodi diuisione erit morigeratus & ¶ habebit inimicos multos & inimicabuntur sibi amici sui, & conuitia patietur à pluribus & coniungetur vxori, & à cane mordeatur, vel ab alio animali, & destruetur domus sua, vel pars eius, & cadet à domo, vel alio loco.

Deinde disponit Luna in Ferdaria Iouis annum vnum, menses octo, dies septemdecim, horas tres propè. fiunt simul anni decem, menses tres, dies duodecim, horæ viginti propè. Et significat quòd in huiusmodi diuisione addetur gloria eius, & dominabitur pluribus, & adipiscetur res insperatas & aliquando quidem lætabitur, aliquando verò contristabitur, & aliquis super eius maior eo morietur, à quo hæreditabit hæreditatem, peregrinabitur etiam peregrinationem longinquam, & incidet in latrones, & hæc erunt in primo anno.

Deinde

Deinde disponit Saturnus in Ferdaria Iouis, annum vnum, menses octo, dies septemdecim, horas tres propè, qui fiunt simul anni duodecim, & significat quòd in huiusmodi diuisione faciet dominationes diuersas & elongabuntur ab eo amici sui & proximi, & inimicabiliter disponent se penes eum, & erunt aduersus eum hi, qui primitus amicitiam constituerunt cum eo, forte quidam eorum peregrinabitur, patietur etiam natus† timorem à regibus & periculosa propter filios, & damnificabitur domi† planeta vnus, & si alicui mutuabit, nunquam recipiet ipsam & si receperit partim & cum multo labore † in domo sua tristitię, atque cogitationes per dies triginta ex quibus periculo appropinquabit.

De Ferdaria, Martis, ex Hermete. cap. 40.

lib. 2. & Abenrag. cap. 4. par. 6.

MArtis quidem ferdaria sunt anni septem. disponit quidem ipse à principio septimam partem horum videlicet annum vnum. & significat quòd in huiusmodi diuisione erit iniquus & temerarius, & incidet in magnum delictum, & longam pugnam,

pugnam, & insurgent contra eum inimici eius, & diffamabunt eum coram principibus & præsidiibus, & patietur nocumentum à parentibus suis, & saluabitur, & timorem sustinebit à fera, vel igne, vel ferro, vel aqua feruente, vel à suspensione, vel ab aliquo suspenso & † seminabis aliquid, in illo anno erit læsum semen eius ab aqua vel submersione, peregrinabitur etiam peregrinationem longinquam, & patietur capitis vel oculorũ dolorem. Si verò fuerit Mars cum Ioue vel Saturno in terminis Martis, vel in terminis Veneris: lædetur ab inimicis & saluabitur.

femini-
bus.

Deinde disponit Sol in ferdaria Martis, vnum annum, qui fiunt simul anni duo: & significat in huiusmodi diuisione quòd fratres sui disponent inimicè contra eum & patietur nocumentum ab aliquo de sociis suis per dies vndecim & in aliquo membro occulto habebit dolorem, & cadet ab alto loco, & morietur vxor eius, & insaniet vnus de filiis suis, vel morietur.

Deinde disponit Venus in ferdaria Martis, annum vnum, qui fiunt simul anni tres. Et in huiusmodi diuisione perseuerabit in melodiis, & iucũditatibus & habitabit cum

N

meretricibus, & rixabitur cum vxore sua, & habebit familiaritatem cum latronibus & vtilitatem ab eis.

Deinde disponit Mercurius in ferdaria Martis, annum vnũ, qui fiunt simul anni 4. & in huiusmodi diuisione habebit nocumẽta: & peregrinabitur & contristabitur propter furtũ vel damnũ, & amicis suis inimicabitur & fortè peribit ab aliquo infortunio.

Deinde disponit Luna in ferdaria Martis, annum vnum, qui fiunt simul anni quinque. Et significat quòd in huiusmodi diuisione includetur, & ruet in aduersa, deinde expensas ac dispendia patietur in ædificiis, & si emerit, morietur vel fugiet, & si viuus fuerit pater suus, morietur.

Deinde disponit Saturnus in ferdaria Martis, annum vnum, qui fiunt simul anni sex. In huiusmodi diuisione patietur mala & damna & superueniet ei quartana, & erit inter ipsum & vxorem eius diuortium.

Deinde disponit Iupiter in ferdaria Martis, annum vnum, qui fiunt simul anni septẽ. Et significat quòd in huiusmodi diuisione superabit inimicos, & contemnet omnes, & habebit vtilitatem occasione contentionũ, & multiplicabitur introitus eius, & nasce-
tur ei

tur ei filius, & gratulabitur in omnibus.

Deinde disponit caput Draconis solum annos tres, & significat quòd in huiusmodi diuisione erit prosperans, & principibus amicabitur & dominabitur pluribus, emet etiam seruos & ancillas, & amicitiam habebit cum mulieribus.

Deinde disponit cauda sola annos duos. In huiusmodi quidem diuisione inimicabitur cum amicis suis & damnificabitur & contristabitur in vxore, & infamabitur propter eã, & ægrotabit ægritudine praua. Et in diurnis quidem natiuitatibus disponunt prædicti * noti, post Martem: in nocturnis verò post Mercurium.

Cum verò completi fuerint septuaginta quinque anni, restituitur diuisio ferdarum ad planetam à quo inceperit ferdaria in natiuitatis principio secundum ordinem supra dictum, & procedunt definitiones euentuum sicut declarauimus in priori. Et si vita eius ultra 75. annos transierit, vel infra eundem perueniet numerum: erit mors eius in ferdaria eiusdem planetæ, cui contingit secundum præexpositam tibi doctrinam. Et hæc quidem sunt significationes planetarum in eorum ferdariis per se & in so-

cietate cum aliis. Oportet autem cum his considerare & significationes eorum secundum natiuitatem, si fuerint boni esse vel mali, & secundum dispositiones eorum quas habebant in natiuitatis principio, & de particularibus significationibus euentuum diffinire.

De situ planetarum in signis reuolutionis temporis, siue de reditu eorum.

QVando aliquis planetarum redierit in reuolutione ad locum suum in quo fuit in radice, adducit illam significationem quam significauit in radice de bono vel malo, maximè quando Luna iuncta fuerit cum illo planeta.

De ingressu Saturni ad loca sua & reliquorum planetarum, ex Hermete. cap. 42. & Abenrag. cap. 7. par. 6.

Saturnus restitutus in reuolutione ad proprium locum, & benè dispositus in duobus temporibus renouat operationem nato, & à dignitate producit ad dignitatem. Et si fuerit in reuolutione in angulo
adipi

adipiscetur maiora bona. Et in medio quidem coeli vel habentibus dignitatem: à potentibus in septimo, vel à mulieribus vel & ab hostibus, & similiter diffinias de duodecim locis.

Cum Saturnus peruenerit in reuolutione ad locum Iouis, accideritque Saturnus secundum natiuitatem vel secundum reuolutionem vt sit dominus ascendentis, vel dominus partis fortunæ, vel dominus Lunæ in nocte vel dominus Solis in die: significat dignitatem & additionem amicorum & pecuniæ atque prouentuum. Si verò in locis ipsis nullam habet dignitatem: nocet diuitiis ac rebus stabilibus, & quot †retrogradabitur in illo signo, habebit discordias cum suis amicis.

Et si perueniet Saturnus tempore reuolutionis ad locum Martis, & Saturnus habebit dignitatem siue in ascendente natiuitatis siue in ascendente reuolutionis, siue in parte fortunæ, significat peregrinationem & indigentiam in fratribus & amicis, & utilitatem ab eis. Decipietur autem circa proprias operationes, & ociosus erit in conuersionibus, & erunt iniquæ cogitationes eius, & erit modicæ fidei in proprio dogmate, &

accusabitur propter hoc, & si Saturnus nullam habebit dignitatem cum prædictis: mala patietur & contristabitur propter fratres & amicos, & iter arripiet & peregrinabitur.

Et si erit tempore reuolutionis coniunctus Soli & in prædictis locis habeat dignitatem, languebit languore acuto & periculoso, & quidam timor infertur ei à potestate vel ab eo qui habet dignitatem, & rixas habebit cum mulieribus.

Et si Saturnus in prædictis locis non habeat dignitatem: patietur contentiones, & vna de suis mulieribus morietur & appropinquabit periculo. Et si alicui seruiet, patietur nocumētum dominus eius. * Sin autem, impedietur circa dignitatem suam.

Si Saturnus perueniet ad locum Veneris: peregrinabitur ipse cuius est reuolutio & conabitur mulieri coniungi, sed impedietur & modicus erit coitus eius. Et si figura procreationem filiorum significat: procreabit & ruet in amorem.

Et si Saturnus in reuolutione anni ad locum Mercurij perueniet: erit cordi multis & peregrinabitur. Et si habuerit filios contristabitur propter eos & erit audax negotiorum sublimium, & habebit timorem pro quibus

quibusdam operationibus, & patietur læsionem ab equitaturis suis, & experientia & exercitium eius cadet.

Et si Saturnus tempore reuolutionis ad locum Lunæ perueniet: occasione mulierum redarguet & contemnet. Et si tempore reuolutionis erit Luna in angulo: erit maximum nocumentum secundum naturam signi in quo est, quòd si fuerit de signis similitudinis hominum: erit impedimentum per homines. Si verò similitudines ferarum, per feras. Et si in Scorpione: per venenosa. Si in Cancro vel piscibus, per aquarum reptilia & similia.

Si verò in ascendente reuolutionis fuerit Luna, languebit periculo eo languore.

De ingressu Iouis ad proprium, & ad loca reliquorum planetarum, ex Hermete. cap. 43.

lib. 2. & Abenrag. cap. 7. par. 6.

ET si Iupiter peruenierit ad locum Saturni dabit prosperitatem & † diliget ea quæ † in ceptione destruxit Saturnus, erit diriget. autem gratiofus & fidelissimus, & prosperabitur in negotiis suis, ab amicis habebit bona & pacificabuntur cum eo inimici sui, & diligent eum.

Cùm verò restitutus fuerit Iupiter ad proprium locum:renouat prosperitates,quę per natiuitatis initium indicantur, necnon præbet diuitias ab † inseperato emolumēto.

inspera-
to.

Iupiter ad locū verò Martis perueniens, peregrinationem faciet,& vtilitatem † à potentibus etiam & mulieribus, vel habentibus potestatem & fortè filium procreabit, & fratres sui vtilitatem habebunt, vel aliqui quos habet vt fratres.

exhibe-
bit.

Quando Iupiter ad Solis directionē perueniet,& erit sub radiis,habebit dignitatem in ascendente reuolutionis,vel in signo profectionis,timendum est de destructione sua quousque sub radiis fuerit. Et si euaserit,donec Iupiter fuerit extra radios,timores tantummodo à potentibus patietur,& abscondetur ab eis,& ægrotabit,& si fuerit Iupiter extra radios:habebit prosperitatem.

Si verò perueniet Iupiter ad locum Veneris in reuolutione: languebit, & corpus eius iacebit,& augetur dignitas eius, ac gloria,& addentur amici sibi, & laudabilis erit. Si verò Venus fuerit mali esse: erit timendum de eo.

Si autē perueniet Iupiter ad locum Mercurij, augmentabitur scientia eius & doctrina,&

na, & adipiscetur bona. Iupiter ad locum verò Lunæ perueniens, corporis dignitatem significat, & augmentum diuitiarum & filiorum & bonos rumores. Et si Iupiter per figuram associatus fuerit Lunæ reuolutionis: eripit eum ab omni malo.

Quando accidet in reuolutione eius ascendens, vel in quinto loco, vel cum dominis eorum, vel in loco Veneris, vel cum Luna, vel cum parte filiorum: significat filij generationem.

De ingressu Martis, ex Hermete. cap. 44. lib. 2.

& Abenragellis. cap. 7. par. 6.

MArs quidem tempore reuolutionis perueniens ad locum Saturni: multiplicationem facit fratrum & amicorum, & capiet iter propinquum & si dignitatē habet in anno Mars: significat otium & desidiam. Si verò Saturnus habet dignitatem in anno, ægrotabit à vulnere, si autem ingredietur Mars ad locum Saturni, & Saturnus ingredietur ad locum Martis: significat exulare à patria.

Ad locum verò Iouis ingrediens Mars, significat peregrinationes, & vtilitates à

subiugalibus, tunc videlicet cum Iupiter ingreditur ad locum Martis.

dignitate: habebit bona & ipse.

Si verò Mars fuerit in locum proprium constitutus & in anno habeat † & bona ipse cuius est reuolutio, & præcipuè à militibus. Si verò fuerit cadens ab angulo, & inspexerit ascendens: significat peregrinationem & augmentum seruiantum. Si verò cadens fuerit ab aspectu applicationis, & aspectu ascendentis, & habuerit testimonium in reuolutione, habebit bonum per magisteria ferri, vel per sanguinè, aut simile quiddam.

Ad locum autem Solis Mars ingrediens, existente reuolutione diurna: contristabitur à potestatibus, & à calore languebit. Si verò Mars fuerit dominus anni, fueritque in signo calido & sicco: timendum erit de interfectione. Si autem nocturna fuerit reuolutio: erunt pericula leuia.

infortunabitur.

Ad locum quidem Veneris perueniens Mars: augmentum significat coitus, & plurimum appetitum, & erectionem vel excitationem ad muliebria, & delectabitur in voluptatibus, & augetur gloria eius & dignitas & † manifestabitur causa mulierum & multiplicabuntur amici eius, & erit laudabilis. Si verò in anno Mars habeat dignitatem:

agro

ægrotabit à superfluitate ciborum vel à superfluitate coitus. Et si Venus in anno habeat dignitatem: languebit ex potatione veneni & à dolore tracheæ arteriæ. Et si cum hoc Venus fuerit impedita: timor est ne fortè moriatur.

Et si Mars ad locum Mercurij applicuerit: vtetur falsis scripturis, & quidam de fratribus suis minoribus morietur.

Ad locum verò Lunæ Mars ingrediens existentis in bono loco: inueniet dignitatem & fortasse filium generabit. Si verò Mars habebit dignitatem in anno: ægrotabit & contristabitur propter consanguineos, & vxores qui sic habuerit dignitatem, amittet ipsam.

*De significatione Solis in singulis signis, ex
Hermete. cap. 45. lib. 2. & Aben-
ragellis. cap. 8. par. 6.*

SOL tempore reuolutionis cum fuerit in Leone fueritque in angulo boni esse, & in anno habuerit dignitatem, vel in natiuitatis initio: erit sanus corpore & habebit proficua plurima. Si verò fuerit mali esse: cadet in languores. Et si fuerit cadens ab angulo: erunt leuiores languores.

Et

Et si in virgine Sol fuerit super terram, aspexeritque ascendens, habens aliquam significationem in anno: significat certamen illius, cuius est reuolutio, circa diuitias & doctrinas, & si beneuoli perhibeant testimonium: obtinebit propositum suum. Si verò maleuoli: priuabitur eo.

Et si in Libra fuerit Sol super terram, habens dignitatem in anno: significat peregrinationem, quę peregrinatio erit utilis, si Sol beneuolo associatus fuerit per figuram.

Et si fuerit Sol in Scorpione in angulo, & expeditus à malis, & maximè in medio coeli, habueritque dignitatem in anno: inueniet bona cuius est reuolutio & ædificationes tractabit.

anno Et si fuerit Sol in Sagittario, & in * domo habuerit dignitatem, fueritque in angulo boni esse: inueniet cuius est reuolutio, bona & lætabitur, & fortè filium generabit. Et si fuerit mali esse: multiplicabuntur tristitiæ suæ, & timebit de proprio suo.

Et si fuerit Sol in Capricorno, habueritque dignitatem in anno: significat languores, tristitias, infortunia & indigentias.

Et si fuerit Sol in Aquario, habueritque dignitatem in anno: significat nuptias, & additum

additum cōsanguineorum, & subditorum, & contentiones ac rixas.

Et si Sol in Piscibus fuerit impeditus, significat tristitias & sollicitudines mortiferas. Et si fuerit expeditus: contristabitur sine vlla occasione.

Et si Sol in Ariete fuerit boni esse habueritque dignitatem in anno peregrinationem significat bonam. Si verò fuerit mali esse: significat tristitias in peregrinatione, atque paucitatem fidei.

Et si Sol in Tauro fuerit boni esse, habueritque dignitatem in anno: amicabitur cum potestatibus & vtilitatem habebit ab eis, & si fuerit mali esse: contristabitur & anxietur, & maximè, si in angulo fuerit.

Et si Sol in Geminis fuerit boni esse, habueritque dignitatem in anno, fueritque super terram aspiciens ascendens, & signum profectiois: significat multiplicationē amicorum & fortasse nascetur ei filius. Si verò fuerit mali esse: contristabitur, & negotia eius impredientur.

Et si Sol fuerit in Cancro, habueritque dignitatem in anno existens sub terra: superabitur ab inimicis suis, & maximè si non aspexerit eum Luna.

De

DE NATIVITATVM

*De ingressu Veneris in locum suum & aliorum
planetarum, ex Hermete. cap. 46. lib. 2.*

& Abenrag. cap. 9. par. 6.

QVando Venus perueniet ad locum Saturni secundum natiuitatē, significat curam circa Venereos actus. Et si fuerit boni esse: amplectetur licitos coitus. Si verò fuerit mali: illicitos, propter quos multoties arguetur. Et si fuerit Venus sub terra: erūt huiusmodi in occulto, si super terram, contrarium. Et si Venus habuerit dignitatē in anno contristabitur causa mulierū, diliget etiam aquas & mundificationes, & ludere cū aqua.

Et si Saturnus habuerit dignitatē in anno: significat peregrinationē & coitus, & nascetur ei forsitā puer, vel cōcipiet ex eo mulier.

Et si Venus perueniet ad locum Iouis, significat plurimam fidem, & peregrinationem ad loca sicca, & hæreditabit diuitias, & ad amicos peregrinabitur, & novos amicos magnates adipiscetur, ægrotabit etiam & sanabitur.

Et si Venus habet in anno aliquam dignitatem: patietur in gula. Si verò Iupiter habet in anno aliquam dignitatem, ægrotabit à colera nigra.

Et si

Et si Venus ad locum Martis perueniet: significat diligentiam super Veneris & nuptialibus rebus. Et si fuerint configurati ad inuicem: cōsequetur omnes petitiones suas in huiusmodi rebus.

Et si Venus ad locum Solis perueniet, habueritque significationem in anno, & fuerint ambo in angulis: patietur necessitates, & timebit præfides. Si verò fuerint cadentes ab angulo, ægrotabit à calore. Et si Sol testimonium habet in anno: multiplicabitur gloria eius, & adipiscetur dignitatem, & peregrinabitur & concupiscetur.

Et si in locum suum Venus regredietur: renouat ea quæ significauit in inceptione, & augebitur thesaurus eius.

Et si Venus ingrediatur in locum Mercurij: significat posse sermonis & eloquentiam & doctrinam.

Et si Venus habet dignitatem in anno: conuersabitur cum sibilatoribus & cytharadis & ioculatoribus. Si verò fuerit mali esse: patietur læsionem.

Et si Venus ingrediatur ad locum Lunæ, & Luna fuerit boni esse, & habeat alterutra earum dignitatem in anno: significat bonum esse tam eius quàm consanguineorum suorum,

suorum, & fabulationē cum potestatibus & adipiscetur amicū aliquem æqualem fratri.

*De significatione Mercurij cum ingreditur ad
loca, ex Hermete. cap. 47. lib. 2. &
Abenragellis. cap. 9. par. 6.*

QVando Mercurius ingreditur ad locum Saturni secundum natiuitatem & habebit significationem in anno, liber à malis: significat peregrinationem vtilem, & forsitan nascetur ei puer. Et si habet significationem Saturnus in anno: significat obitum filiorum, & languorem habentis reuolutionem, & iniquitatem & infidelitatem, & contemptum decretorum.

Et si Mercurius ingrediatur ad Iouem & habebit alteruter eorum dignitatem † ab aliquo excellentiore & augebitur scientia eius & actus. Si verò fuerint impediti: significat nocumenta & contentiones cum inimicis.

Et si Mercurius ingrediatur ad Martem: significat quòd adaptabit mendacia, & falsas scripturas. Et si alteruter eorum retrogradatur: significat furta.

Et si Mercurius habet significationem in
anno,

anno, & impeditur à Marte: annus erit periculofus. Et fi cum his sub radiis fuerit: timendum erit ne forte interficiatur in loco peregrino.

Et fi Mercurius ingrediatur ad Solem & erunt in angulis: inueniet dignitatem & gloriam & maximè fi sunt in medio coeli.

Et fi Mercurius ingrediatur ad Venerem, & habet dignitatem in anno: significat inquisitionem tabularum, & veruum ac melodiarum.

Et fi Mercurius fuerit in locū proprium reftitutus, & habeat dignitatem in anno, fueritque in angulo: significat additionem gloriæ & diuitiarum. Et fi fuerit impeditus: significat diuerfa impedimenta.

Et fi Mercurius ingrediatur ad Lunam, & Luna dignitatem habet in anno: significat peregrinationem, & contentiones in itineribus, & inimicorū insultus: & timorem ab eis.

Et fi Mercurius dignitatem habet in anno: inueniet bona, & multiplicabuntur amici fui, & erit commendabilis. Si verò Luna fuerit mali effe: cōtriftabitur propter quas prædiximus caufas.

O

De significatione ingressus Lune, ex Hermete. cap. 48. lib. 2. & Abenragellis.

cap. 9. par. 6.

Luna reuolutionis tempore ingrediens ad Saturnum, habens significationem in anno: significat dispositiones libidinosas erga aliquas vetustissimas vel decrepitas vel † capidineas. Et si fuerit mali esse: significat detentiones & contentiones, & si de periculo vitæ timetur, in illo anno forsitan morietur. Et si Saturnus habet dignitatem in anno: significat rumores diuersos & tristes. Ad locum verò Iouis perueniens Luna cum fuerit boni esse: significat peregrinationem ad loca aquosa, & ab his ad alia. Si verò fuerit mali esse: cadet in aduersitates & ægrotabit.

Ad locum quidem Martis Luna ingrediens, cum ipse fuerit boni esse: inueniet dignitatem, & adhærebit militibus, ægrotabit à calore, & enormia patietur & timores à potestatibus, & peregrinabitur peregrinationem inutilem.

Et si Luna fuerit impedita tam in natiuitate quàm in reuolutione, fueritque coniuncta Marti existente in malo esse: in illo die

die effundetur sanguis per aliquem modũ, & rixas habebit, & iniustitias, vel calumnias.

Et si Luna ad locum Solis peruenerit, habueritque dignitatem: patietur à potestate, vel ab habentibus potestatem mala, vel à personis maioribus. Et si Sol habet dignitatem in anno: adipiscetur dignitatem aliquam, & priuabitur fortè matre, vel patre loco matris.

Et si Luna ingrediatur ad locum Venere, & fuerit boni esse, significat impedimenta circa * motus, & contristabitur propter consanguineos, & erit in requie & delectatione, & substantiam adipiscetur immobilis. Si verò ipsa fuerit domina: cõsequetur gloriam, & vtilitatem habebunt per eum consanguinei sui.

natiuitatis.

Perueniens autem Luna ad locum Mercurij: significat peregrinationem, & nocumentum ab inimicis. Si verò Mercurius habuerit dignitatem in anno, erit prosperum esse suum, & adipiscetur opes, & laudabitur à pluribus. Ad vnumquenque verò perueniens existente reuolutione nocturna, erit in sanitate & incolumitate, & consequetur vtilitatem ex eo. Et si aliqui planetae aspexerint eum: ostendent singuli opera-

tionem eorum.

Et si Luna fuerit impedita, & peruenerit ad locum suum secundum natiuitatem, vel ad eius oppositum: habebit periculum illo die. Et si maleuolus peruenerit in reuolutione ad locum Lunæ, & aspexerit Lunam: significat ægritudines & tristitias & angustias, & maximè si est maleuolus dominus anni, & est in reuolutione in loco contrario.

Et si peruenerit Luna ad locum maleuoli secundum natiuitatem: idem accidet. Quando verò Luna in reuolutione anni est associata per figuram beneuolo vel maleuolo. Cùm perueniet ad corpus illius beneuoli vel maleuoli, vel ad radium alicuius eorum: significat bona vel mala secundum * natiuitatem planetæ. Et quando perueniet ad Planetam significantem secundum natiuitatem bonum vel malum, in illo die operationem ostendet. Et cum aliquis planeta ingrediatur in aliquo tempore ad gradum, in quo erat diuisio vel diuisor, vel ad gradum ascendentis † inceptions, vel ad gradum ascendentis reuolutionis, vel ad radios aliquorum Planetarum, vel partes, vel duodenas particulas, vel ad dominas
eorum

eorum mouet significationem secundum naturam propriam. Et si aspexerit planeta locum alterius planetæ, à quocunque aspectu: renouabit significationem ipsius. Et quando ingreditur planeta habens dignitatem in anno ad duodenarium signi, vel planetæ cuius fuerit duodenarium: significat eandem significationem prædictorum planetæ ac signi. Verbi gratia. Duodenarium quarti loci accidet ad secundum signum, dicimus quidem, quòd cum ingreditur ad locum illum planeta, habens dignitatem in anno: tractabit ea quæ pertinent ad domos & opes, habent quidem & alias significationes planetæ secundum distantiam domorum vnus ab alio, de quibus nihil dicimus pro eo quod potest † addicens eas coniecturare. Cùm enim significauerint aliquid planetæ, tam secundum radicem, quàm secundum reuolutionem: certiores erunt definitiones euentuũ. Oportet quidem aspicere in ingressibus cui planeta ingrediens configuratur de planetis secundum natiuitatem vel secundum reuolutionem. Et si configurantur Planetæ secundum natiuitatem: significat euentum esse, ex causa præcedenti. Si autem configu-

Addiscēs

rantur Planetæ secundum reuolutionem: significant ex causa superuenienti, & si non configurantur alicui vel de his qui sunt secundum natiuitatem vel reuolutionem: significat euentum esse ex causa improuisa.

*De domino circuli siue orbis signorum, ex
Abenragellis. cap. 10. par. 6.*

Dixit Hermes, quòd dominus circuli sit de occultis secretis huius scientiæ, & quòd gens Babiloniæ occultabat, & non ostendebat nisi sapientibus, hoc scire merentibus, & habet magnã significationem, & fortem in natiuitate & reuolutione annorum, & considerabis in natiuitatibus dominum orbis siue circuli signorum in hunc modum. Aspicias siquidem dominũ ascendentis natiuitatis cuiusuis nati, ac eius primam horam, & dabis ascendẽs eiusque dominum, & dominum illius horæ primo anno eiusdem nati: quoniam isti duo significant esse nati, quale sit futurum in primo anno vitæ. Vnde si fuerint ambo bene dispositi, bonum erit esse suum in anno illo, si autem fuerit contrarium, contrarium iudicabis. At si vnus fuerit bene dispositus, alter
verò

verò malè, tunc esse nati mediocre futurum poteris nunciare, nisi Luna, vel domini triplicitatum vel terminorum contra operentur. Idem poteris dicere de columitate & incolumitate corporis sui.

Deinde aspicias dominum secundæ domus, atque dominum secundæ horæ qualiter sint dispositi: nam si fuerit eorum dispositio bona, bene disponetur nati substantia in anno secundo, de contrario contrarium iudicabis. Quòd si vnus fuerit bene dispositus, alter verò malè, substantia nati mediocriter disponetur.

Post hoc aspicias dominum tertix domus, & dominum tertix horæ qualiter sint dispositi: nam secundum eorum esse disponetur esse fratrum in tertio anno. Et ita per ordinem procedendo secundum dispositionem, & esse dominorum domorum, & horarum vsque ad duodecimum iudicabis de significatis omnium domorum in annis suis, secundum prædictum modum, qui nunc dictus est in prima, secunda, & tertia domo.

In ordine nunc de domino orbis ac domo figuræ cælestis, quam idem dominus orbis gubernabit determinandum. Pro hac

autem re formabis tibi tabulam, vt in prom-
 ptu omnia habeas ad manus. Pone in pri-
 mum ordinem annos ætatis nati tui secun-
 dum ordinem, & pro primò anno, colloca
 planetam dominum horæ tuæ genituræ.
 Pro secundo anno planetam mox sequen-
 tem in ordine orbium planetarum descen-
 dendo, & sic in finem vsque annorum tuo-
 rum. Intertium verò ordinem, pone domos
 primam pro primo anno, secundam do-
 mū pro secundo anno, vt in sequen-
 ti tabula, quæ pro genitura in-
 ferius posita in exem-
 plum dictorum
 ponitur.

* * *



Anni. ætatis.	Dom. orbis.	domus	Anni. ætatis.	Domi. orbis.	domus
1	☀	1	31	♁	7
2	♀	2	32	♂	8
3	♁	3	33	♂	9
4	♂	4	34	♂	10
5	♂	5	35	♂	11
6	♂	6	36	☀	12
7	♂	7	37	♀	1
8	☀	8	38	♁	2
9	♀	9	39	♂	3
10	♁	10	40	♂	4
11	♂	11	41	♂	5
12	♂	12	42	♂	6
13	♂	1	43	☀	7
14	♂	2	44	♀	8
15	☀	3	45	♁	9
16	♀	4	46	♂	10
17	♁	5	47	♂	11
18	♂	6	48	♂	12
19	♂	7	49	♂	1
20	♂	8	50	☀	2
21	♂	9	51	♀	3
22	☀	10	52	♁	4
23	♀	11	53	♂	5
24	♁	12	54	♂	6
25	♂	1	55	♂	7
26	♂	2	56	♂	8
27	♂	3	57	☀	9
28	♂	4	58	♀	10
29	☀	5	59	♁	11
30	♀	6	60	♂	12

0 5

DE NATIVITATVM

*Ad quæ signa profectiões annuæ Orientis,
Medij Cœli, & septem planetarum in
annis ætatis nati pertin-
gant inquirere.*

* * *

Formabis tabulam profectiõnum tali ordine, pone in primum ordinem annos ætatis ab vno in 12. In secundum ordinem annos à 13. in 24. In tertium ab 25. in 36. & sic consequenter vsque ad annos vltimos, ætatis nati. Deinde ad dextram illorum annorum ætatis, pone in directo 1. anni ætatis signum ascendentis, deinde signum Lunæ in secundo ordine. Item signum Solis in tertio ordine: & sic de singulis: demum à capitibus illorum ordinum descendendo scribe sequentia signa secundum ordinẽ signorũ, & parata erit tabula.

Huius rei exemplum vide hanc tabulam sequentem genituræ inferius propositæ.



Tabula

Tabula radicum profectioinum.

Anni ætatis.	Afc.	☉	☀	♈	♉	♊	♋	♌	♍	M.C	P.
	6.	0.	4.	8.	0.	11.	26.	26.	21.	for.	
	33.	24.	46.	52.	31.	40.	50.	34.	47.	2.11	
1. 13. 25. 37. 49.	♌	♋	♌	♈	♈	♌	♈	♌	♋	♋	♋
2. 14. 26. 38. 50.	♍	♉	♍	♎	♎	♋	♉	♍	♏	♏	♉
3. 15. 27. 39. 51.	♎	♊	♎	♏	♏	♉	♌	♎	♌	♈	♊
4. 16. 28. 40. 52.	♏	♋	♏	♐	♐	♊	♍	♏	♍	♉	♋
5. 17. 29. 41. 53.	♐	♌	♐	♑	♑	♋	♎	♐	♌	♌	♈
6. 18. 30. 42. 54.	♑	♍	♑	♒	♒	♌	♏	♑	♍	♍	♎
7. 19. 31. 43. 55.	♒	♎	♒	♓	♓	♍	♐	♒	♎	♌	♏
8. 20. 32. 44. 56.	♓	♏	♓	♈	♈	♎	♋	♓	♏	♍	♐
9. 21. 33. 45. 57.	♈	♐	♈	♉	♉	♏	♎	♈	♉	♉	♑
10. 22. 34. 46. 58.	♉	♑	♉	♊	♊	♐	♏	♉	♊	♊	♒
11. 23. 35. 47. 59.	♊	♒	♊	♋	♋	♑	♎	♊	♋	♋	♓
12. 24. 36. 48. 60.	♋	♓	♋	♌	♌	♒	♏	♋	♌	♌	♓

*Profectiones annuales, scilicet Orientis, Mediꝝ cœli Solis & Lunæ, & aliorum planetarum quando peruenerint ad aliqua signa, in quibus fuerant in radice aliqui plane-
tæ, quid significant.*

SI profectio Orientis venerit ad aliquod signum in quo in radice fuit planeta maleficus, pessimum denotat annum, præcipue Saturno per noctem, Marti autem de die, corporis enim pericula, infalubritatem, & vitæ discrimē indicit, timores, horrores, accusationes, turbationes, casus, & nocumēta.

Si

Si profectio Horoscopi, siue Orientis venerit ad signum in reuolutione, in quo Iupiter fuit in radice: clarum, salubrem, locupletem, & vndique diuitem annum denotat, gloriam, & inclitos principatus. Aliquibus potentiores erunt auxilio, & coram primatibus, atque principibus plus solito ceteris præponentur sic geniti illo anno. Aliqui autem accusationes, & vitæ discrimina euitantes solabuntur. Alioqui exiliis, aut carceribus deputati auream consequentur libertatem, & veneri foemineæ seruientes, liberos seminabunt formosissimos.

Si profectio Horoscopi venerit ad signū in reuolutione in quo fuit in radice Venus, bonum annum, salubrem, iucundum, & venerum denotat, laudésq; & foemineas commixtiones, & cum venereis consortia, faciétque natum ita alacrem, prudentem, & à malis liberationem contribuet, decernit etiam connubia, & sobolem, aut cum venereis commertium, faciétque ita genitos ad gaudia, venereas voluptatum illecebras, musicam, & res odoriferas procliuiiores.

Si profectio Horoscopi venerit ad signū in reuolutione in quo fuit in radice Sol: natum decernit ad maiora, & altiora aptum, glorio

gloriosum præterea, & vtilem annum. Illis autem qui sunt in expectatione aliqua, maiores principatus, lucra, & foelicitates præfagit.

Si profectio Horoscopi venerit ad signū in quo fuit Luna in radice, mutabilem annum, & rebus agendis aptum significat, adeo quidem quòd ita genitus res varias, atque diuersa negotia absoluet, ad itinera solito procliuior, & altis etiam mulieribus vtilitates, laudes, actionésque etiam hospitalitatem, & frugalitatem, eo maxime si à beneficis testimonium habeat. In peregrinatione lucra, & prosperitatem, sed à maleficis contrarium. Ad hæc autem adiicet turbationes, & pleraque discrimina.

Si Horoscopi profectio venerit ad signū in radice in quo fuit Mercurius, rebus agendis aptum, lucrosus, & frugi annum significat. Sin à maleficis infestetur, atque inficiatur vterque, litigiosus, damnosus, & insalubrem. Similiter etiã & planetæ Horosopo tempora distribuentes, eadem portendunt, secundum autem vniuscuiusque propriam in themate dispositionem, & apotelesma, vel sicut ad inuicem disponantur, siue boni fuerint, siue mali pronunciabis.

De

De Lunæ profectiõibus.

SI profectio Lunæ venerit ad signum, in quo fuit Saturnus in radice, annus erit varius, & in rebus omnibus suspensus, siue in salubris, ac molestus, matris quoque (si eam habuerit) debilitatem, grauem ægro-tationem, vel mortem obnunciat. Multo-rum quoque inimicitias excitabit, rerum instabilitatem, laboriosas locorum muta-tiones, actionum tarditatem, corporea pe-ricula, sensuum, & cerebri inuolutionem, intestinorum dolores, ventrisque acerbos cruciatus, & maximè si occidua fuerit: quòd si Orientalis, minus malum, tempus tamen nocuum, & mœstum significat.

Si profectio Lunæ venerit ad signum in quo fuit Iupiter in radice, bonum tempus, & rebus agendis aptum demonstrat. In ac-quisitionibus, & laudibus maiorum rerum opinionem, & principatum, à mulieribus vtilitatem, & dona, Inuxoratis nuptias, v-xoratis sobolem. Cum iouialibus consuetu-dinem, & amicitiam vtilem, & gloriosam. matrem habentibus augmentum vitæ ma-tris, & gloriam, negotiorum præterea cor-rectiõnem, & rerum speratarum perfectiõ-nem, & in sigulis fermè negotiis prosperita-tem,

tem, cum optima corporis valetudine.

Si profectio Lunæ venerit ad signum, in quo fuit Mars in radice, difficilem annum denunciat, & maximè si ab ortu feratur in die, fuerit scilicet, per diem orientalis, debilitatem enim, & pericula minatur, sanguinis effusionem, & casus, vel ignis nocumentum, damnâque, domesticorum seditiones, mulierumque mortem, vel vxoris repudiationem, atque diuortium, popularium inimicitias, & iudicia, conuitia, accusationes, turbarum insurrectionem. Si autem cursu vacua fuerit Luna, vel per noctem occidua feratur ad maleficos, vel Solis cõbustionem, sequentium temporum denotat correctionem, non sine tamen periculis, & laboribus.

Si profectio Lunæ venerit ad signum in quo fuit in radice Sol, vaniloquia in illo anno excitabit, & plurimas confabulationes, eo maximè, si à maleficis illustretur, aut eis iungatur. Actionum utique impedimenta, & vanas spes demonstrat, domesticas seditiones, & perturbationes, fœmineas quoque implicationes, vel nuptias. Illis autem qui incolumes sunt, & in maxima vitæ gloria, confabulationes, emptiones, & negotiorum correctionem pronunciat, & fœlicitatem,
vel

vel in muneribus, aut aliis quibusdam beneficiis aut beneficentiis, lucrorum commoda præsidia.

Si profectio Lunæ venerit ad signum, in quo fuit in radice Venus, efficax erit in rebus omnibus, & perfectus ductor ille annus, immo lucra, gloriam, laudésque nato præstabit ab cunctis ferè mortalibus. Ex venereis gaudia, & fœminis delectationes, & fortasse nuptias iis qui vxore caruerint, pulchram quoque sobolem suscipient. Verum enimvero si in alienis domiciliis reperiantur, vel à maleficis aspiciantur, mœrores, ægotationes, & bonorum iacturas minantur, & fortasse mortem, & propter fœmineas personas, & venereos damna, & expensas vniuersaliter. Huiuscemodi siquidem distributio semper quodammodo seditiones, zelytypiam, & instabilitates animorum inducere consuevit, inimicitias quoque erga cognitos, vel cognatos, domesticos, & amicos.

Si profectio Lunæ venerit ad signum, in quo fuit in radice Mercurius, rebus agendis idoneum, & ægregium annum significat, fœmineis que rebus dispositum, & laudabilem, in mercibus lucriferum, eo maxime si cum beneficiis in themate reperiantur.

Cùm

Cum maleficis autem lites, iacturas, & turbationes obnunciat, argentearum rerum gratia, vel scripturarum, & rerum publicarum, aut studiorum. Quod si Mercurius in domiciliis suis reperiatur, predicta omnia admissim perficientur, & ita genitus in peregrinationibus fortunabitur. Sin autem in alienis, secus accidet, & plurimæ fient mutationes, non sine dispendiis, & vitæ periculis.

Haud iucundus erit ille annus, quando Luna ad signum eius venerit per profectio-
nem, inimicitias enim inducet, & contrariedades à maioribus personis, præcipue mulieribus, & plebeis, quin etiam vitæ suæ, & uxoris aduersum statum. Si autem à maleficis hostiliter irradietur, corporis debilitatem, & repentina pericula denunciat, præsertim si anni illius sceptrum susceperit. Considerare autem oportet hoc tempore signum quod Luna possidebit, ne quo modo in cursu male affecta quid deterius significet. Si autem à beneficis illustretur fœlicibus radiis quæ diximus mala eripiet, & pericula elanguescere faciet, immo hospitalitatem inducet, & luciferas regionum mutationes, infortuniorum quoque correctionem, & fœlicitatis incrementa cōtribuet, hæc de Luna sint satis.

P

De profectiōibus Solis.

SI profectio Solis venerit ad signum in quo fuerit Saturnus in radice: malum denuntiat annum, inertiam utique molestias, & in otio animi turbas, aduersarios, & multos excitabit inimicos nato infensos, reprehensiones præterea potentiorum, atque à maioribus, & senioribus vexationes, negotiorum reiterationes, sua enim negotia nouam lucubrationē exoptulabunt, aut cum difficultate absoluentur. Aegritudines quoque & oculorum, capitis, stomachi, & cordis dolores prouocabit, morbumq; veternum, & multa incommoda vitæ, motus molestos siue itinera infaulta, & damnosa, timores, subditorumque agressiones, & insidias, furti, rapinas, expilationesque saturninorum, vel patris, aut patri similis mortem, aut grauem ægritudinem prænunciat, sæpissime etiam natus ille inculsabitur. A beneficis tamen Sol & Saturnus recepti, & bene affecti, malignos huiuscemodi afflatus elanguescere facient.

Si profectio Solis venerit ad signum in quo fuerit in radice Iupiter: clarum, gloriosum, lucriferum, & salubritati accommodatum significat annum, & patri gloriam parat,

rat, si eum habuerit. Maiorum commendationem, dona, prosperitatem, & officia consequetur natus à potentioribus, alioqui principatum aliquem siue magistratum à rege, vel potentioribus. Sobolem quoque ita genitus seminabit. quòd si vxore caruerit, eam ducet illo anno, vel fient multa verba de suo connubio, alioqui nuptias futuras celebrabit. In rebus præterea agendis prudens erit, & ægregius optimam spem de se tribuens.

Si profectio Solis venerit ad signum, in quo fuit Mars in radice: morbosum & periculosum denūtiat annum, patri etiam vitæ pericula, ei tamen cicatrices aut vñlnera infligentur in capite, vel secus oculum. Incisionésq; aliquas ex ferro, vel phlobotomia, siue sanguinis effusionem patietur, ex casu ab alto, vel equo calcitroso vitæ pericula subibit, perturbationes quoque plurimas, & rerum suarum intempestiua detrimēta patietur, quin & potentiorum inimicitias, vel subditorum, aut patris vexationes, cum multis etiam iure manum conferet natus, ex igne, aut incēdio aliquo pericula subibit.

Si profectio Solis venerit ad signum, in quo fuit Venus in radice: bonum, & amabilem annum significat, laudabitur enim na-

tus, & amicitias acquireret lucriferas, & honoratas, dona etiam à potētioribus, & cum venereis gaudia, & oblectationes. Pronunciat insuper cum nobilibus, & venereis iucundas familiaritates. Item nuptias, & sobolis procreationem illo anno. Emptiones quoque gemmarum, & ornamentorum muliebrium, & seruorum obsequia. Illis autem qui sunt in expectatione principatus, gloriam, honores, lucra, & insignes atque ægregias laudes præfagire videtur, & in spe erit maiorum rerum, atque ab omni nota liberabitur natus illo anno.

Si profectio Solis venerit ad signum, in quo fuit Mercurius in radice: bonus erit annus rebus agendis aptus, lucrosus, & associabilis, erga subiectas gentes beneuolus, & circa legationes, largitiones, & receptiones efficax. Sed si qualibet radiatione à maleficis illustretur, aut præsentia maleficorum inficiatur, lites, & turbationes scripturarum, vel aurearum, aut argentearum rerum causa indicat, seruilium quoque personarum timores, & amicorum intempestiuas iras, & damna afferet, & in mercibus detrimenta.

Annus erit rebus agendis aptus, quando
profectio

profectio Solis venerit ad signum, in quo fuit Luna in radice: & natum faciet solito humaniorem, seu clementiorem, & ex prædiis maximam denique vtilitatem largietur, eique mares, & foeminae pariter vtilitati erunt non mediocri, à nobilibus, & plebeis laudabitur, vxorem ducet, consortium habebit cum primatibus vtile & honorificum, pulchram sobolem procreabit, ab hospitibus libenti animo recipietur, vel cum optima hospitalitate à principibus dona habebit, & in rebus ferme omnibus foelicitatem, atq; in negotiis suis absoluendis facilitatem.

Si profectio Solis venerit ad signum in quo ipse fuit in radice: natum in suis actionibus clarum, & insignem rediget, altiori & maiori laude coronabitur, inexpectatas habebit vtilitates. Si autem & cum beneficis reperiat, vel testimonium habeat, maiorem gloriam, & vtilitates inducet. Quòd si nocturna fuerit genitura, minorum erit virium, & turbatus fiet inimicitias denotans, & iudicia, vel inuidas, atque molestas causas. Si autem & male fuerit affectus, & testimonium habuerit, vitæ diminutionem, seu corporis insalubritatem & gloriae subuersionem indicit, hospitalitatis discrimina, &

inimicitias potentiorum, vel periculorum, & rerum turbationes, vulnera, seu cicatrices, ab equis calcitrosis pericula, quin & capitis atque stomachi dolores acerbos, & patri, si sit, aut quem loco ipsius habuerit, ægrotationes, aut mortem.

In primis tamen planetarū naturas considerare oportet, & quonam pacto in themate collocentur, quisque enim propriam domum irrigans, aut foeliciter illustrans, & bene in subiecto genituræ, & voluminis themate collocatus apotelesmatū vires ostendet, cæterorumque testimonia, & maximas introitus, siue reditus vires frangens, vel ad augendum malum, vel inferendū auxilium, & accersendam gloriam. Melius autem erit si in bonis signis, ac locis reperiantur, & orientales sint, ac recepti. Si autem occidentales fuerint, vel in alienis domibus peregrini, & male affecti, in contrariam conuertuntur naturam.

De profectiōibus Saturni.

SI profectio Saturni venerit ad signum in quo fuit ipse in radice: otia, inertiam, torpores, vexationes, mœrores, & animi mole

molestias insinuat illo anno, & à maioribus siue senioribus ignominias, & inimicitias, in negotiis etiam absoluendis natus impeditur, & si quid fecerit instabile erit, vel reiterationem exoptulabit. Quòd si à Marte, & Mercurio hostilibus radiis inspiciatur, scripturarum causa, lites, iurgia, & calumnias, & antiquarum rerum, aut mortuorum gratia, dispendia, iacturas, & maleficia patietur, dolòsque, & quæcunque ab maleficiorum iracundia, vel adulterinæ pecunię accusationibus pollicebãtur, illa temporis annua intercapedine perficientur. Mitior tamen fiet natus, & cum tarditate aliquibus utilis, & sibi ipsi damna inferet.

Si profectio Saturni venerit ad signum in quo fuit Iupiter in radice: bonũ annum, & rebus agendis aptum demonstrat, hæreditates enim & receptiones, siue munera & à potentioribus largitiones, & lucra ab insperato, vel absque nimio sudore pollicetur. Ex senioribus quoque, vel mortuis hæreditatem, vel utilitatem, & fundorum, vel possessionum, rerúmque stabiliũ dominia, & potestatem. Quidam verò sic geniti ex aqueis, vel humidis rebus utilitatẽ sortientur, aut nauium gubernatores efficientur,

vel ex concionibus, & suis ingenij dotibus lucra assequentur, domos ædificabunt, antiquarúmque rerum ædificia refarcient, aut facellum aliquod erigentes honorabuntur in vita. Quòd si Saturnus, & Iuppiter aliquo modo Mercurij testimoniũ habuerint, vel illos Mercurius malignis intueatur radiis, lites, iurgia, aduersitates illo anno expectantes inopinata damna patientur.

Si profectio Saturni venerit ad signum in quo fuit Mars in radice: pessimum, & pernitiosum, vel satis periculosum denuntiat annum, corporis enim insalubritatem, & debilitates obnuntiat, insidias, & turbationes excitabit, & multa ex martialibus & saturninis discrimina, propiorum siue cõsanguineorum, & domesticorum mortes denuntiat, aut ipsorum causa natus lites, turbationes, & damna sustinebit, amicorum ingrattitudines, domesticorum seditiones, & accusationes, maiorum, potentiorúmque inimicitias, & timores, vel patris, si sit, vel feruorum mortem, aut infortunia, hospitalitates varias, & periculosas. Si autem aliquo modo male affecti fuerint in signis præcipue aqueis, naufragia, & subuersiones, passionisque & nocumenta minantur. Sin in
 bonis

bonis signis bene fuerint collocati, vel bonorum testimonium habuerint, prædictorum malorum plures causæ dissipabuntur.

Si profectio Saturni venerit ad signum in quo fuit Sol: patris vitæ periculum vel mortem denuntiat, si patrem habuerit natus, vel eiusdem debilitatem, & suspensum annum insinuat, inimicitiasque & damna vel lites, sensuum cerebrique labores & passionum molestiarumque recordationes, erga amicos, atque domesticos pusillanimitatem. Quòd si diurna fuerit genitura, secus erit, cum impedimentis enim & animi turba ac molestiis lucra, & ex mortuis utilitates portenduntur.

Si profectio Saturni venerit ad signum in quo fuit in radice Venus: nati vxorum diuortia seperationesque vel à foeminis veneris que iniurias, & fortassis mortem videbunt, circaque coniunctas implicabuntur, instabilesque erunt ad nefarios coitus propensi. Aliqui etiam insidias patientur, vel veneni vires sentient, seu pocula degustabunt, & debilitates & refrigerationes, & intestinorum perturbationes expectabunt, & in profluuij morbum incident. Circa lites, aduersitates plurimas, & negotiorum im-

perfectiones impediuntur, itaque multas res exordientur, easque absolvere neutiquam poterunt. Quòd si fœminæ, vel mulieris fuerit genitura, huiuscemodi distributio acerbos dolores excitabit, & si prægna fuerit, abortiium faciet satis cum vitæ periculo, & cum rivalibus, aut amicis viro infidias parabit, fiétque inter eos diuortium.

Si profectio Saturni venerit ad signum in quo fuit Mercurius in radice: rerum antiquarum, vel secretarum causa molestias, & alterationes obnuntiat, argentearumque, vel iudicialium elargitionum quoque & receptionum in rebus perficiendis impedimenta, deceptiones, damna, & inimicitias subibit natus, videbitque suorum mortem, hisque temporibus sagax, prudens, & curiosus erit, inque fideiussiones, & vsuras incidet, & propter scripturas damna sentiet, secundum ipsorum in themate dispositionem, vel etiam cæterorum. Tetragoni enim & diametrales aspectus pessimi sunt, & destruentes, inducunt enim mortuorum causa timores, & turbationes.

Si profectio Saturni venerit ad signum in quo fuit Luna in radice: matrem habentibus, periculum matris, non habentibus verò
fœminea

foeminearum personarum, vel popularium pericula nato denuntiat: inimicitiasque, & separationes ab vxore, vel amica, & cum amicis dissidia, calumnias, & nocumenta, atque negotiorum turbationes, & impedimenta, periculosos metus, corporeasque debilitates, capitis temporeasque passiones: in oculis, praecipue sinistro, aliquid sinistri, intestinorum quoque turbationes, & nervorum retractiones, fractionesque & inumbrationes, inopinatosque casus.

De profectioibus Iouis.

SI profectio Iouis venerit ad signum in quo fuit in radice Saturnus: suspensos, ac molestos motus, & itinera, alioqui negotiorum, nedum locorum mutationes, & pleraque incommoda nuntiat. Domesticorum, & seruorum inobedientiam, & quorundam mortes siue infortunia, instabiles sodalitates, sociorum, seu amicorum inimicitias excitabit, sed in rebus, negotiisque agendis natum rediget aptum & sagacem, cum tarditate tamen & incredulitate, in colloquiis pariter peritum, & in petitionibus dispositum, & satis importunum.

Si profectio Iouis venerit ad signum, in quo ipse fuit in radice, bonum, & rebus agendis aptum annum pronuntiat, & auxilia ab amicis, patrocinia, & dona à potentioribus, negotiorum correptionem, optimam fidem, religionem, & bonum domus suæ domesticorúmque regimen, cum laudibus maiorum, iucundæ sobolis, seu filiorum procreationes. Quòd si à Marte quoquomodo hostilibus radiis inspiciatur inæqualitates vitæ, & inopinata incommoda portendit.

Ille annus, quando profectio Iouis venerit ad signum in quo fuit in radice Mars, nocuus erit, & turbulentus, & erga potentiores damna, inimicitias, calumnias, despectusque, & proditiones aliquas continens, quin & pericula, peregrinationes, & periculosas egrotationes, propiorúmque climactera, vel mortem, aut vitæ inæqualitatem, & damna. Quòd si alicuius publici viri, seu principis, vel exercituum ductoris fuerit genitura, & thema bene sit dispositum, laudes, & foelicitates promittit, donáq; & promissiones suspicionem aliquam, & timores, & animi molestiam inducentes.

Si profectio Iouis venerit ad signum in quo

quo fuit in radice Sol, lucidum, gloriosum, & rebus opibúsque acquirēdis, negotiis que absolvendis aptum tempus demonstrat, & ad maiorum laudes, atque foelicitates inducit, principatúsque & promotionem, in stemmatibus, & honoris dignum rediget natum, facere etiã consuevit ex nobili prosapia genitos sæpenumero duces, exercituúmque ductores, substantiæ facultates, & bona fortunæ manifestius dilatabit, secundum thematis ordinem, & dispositionem. Illis autē qui mediocri sunt fortunæ actiones præbet, infortunia eripit, libertatem, laudes, auxilia, largitiones, commodas locorum mutationes, fidas amicitias, filiorum natales, & corporis salubritatem. At maxime si in diurna genitura fuerit Iupiter bene dispositus, & Sol in conuersionis schemate aliquod testimonium habuerit.

Si profectio Iouis venerit ad signum in quo fuit Venus in radice, vtilem, prædiuitem, lætum, & gloriosum cōtribuet annum, ad venereas voluptates inducet, procliuio-remque efficiet, à mulieribus laudes, dona, & vtilitates, conuertétq; natū ad amplexus, coitum, venereos, cupidineósque conflictus, & amicitias, ad res odoriferas, & lauta con-
uiuia

uiuia procliuiorē. Inuxoratis nuptias, vxoratis prolem, & gratos natales pollicetur. In nobilium verò genituris stemmata contribuet, vexilla ferentes, & exercitū militūmq; acies cum summa laude gubernātes faciet: aut ciuibus, & populis iura ministrabunt, munerūmq; multitudinem sortientur, & maiores fœlicitates, ac præfecturas promittit, corporis quoque sanitatem, & multorum ornamentorum dominia possidebunt ita geniti.

Si profectio Iouis venerit ad signum in quo fuit Mercurius in radice: rebus agendis aptum, & lucrosū annum pronuntiat, negotiorūmq; explicationes, aliquibus propter rationes, vel scripturas, negotiationes, aut suffragia, lucrorum copiosa præsidia, & cum vtilitate laudem pollicetur: societatesque & maiorum amicitias contribuet, & ab eis dona, & scripturarum officia, & ex depositis, vel lucris vtilitatem, vnde plures solito pascet seruos, elegantēsque constituuntur. Aliqui autem ad maiora, & altiorum gradum promouentur, eo maxime si vterque in vtroque themate fuerit bene dispositus. Male autem affecti vniuersaliter illo anno inter turbas accusantur, turbantur, &

tur, & clamores sustinent. Si enim male disponantur, & à maleficis diametra, vel tetragona, aut coniuñctionali radiatione infestentur, certamen non dubiũ expectabunt, & timidi viuent.

Si profectio Iouis venerit ad signum in quo fuit Luna in radice: saluberrimum, aptum rebus agendis, & prædiuitem annum significat, ex foemineisq̃ue, vel maioribus personis laudes, vtilitates, gloriámque, principatum, & præfecturam pollicetur, periculorum euitationem, ornamentorum, & seruatorum dominia, prolificum semen, seu filiorum procreationem, cum foeminis implicationes, donaque à potentioribus, lucra & scripturarum officia lucrigeria, & matris bonam valetudinem matrem habentibus. Si autem thema bene constituatur, depositorum causa dominos facit, vel thesauri inuentionem, aut lucra absque labore promittit, & diis gratos efficit, & malitias, & dolos repellit.

De profectioibus Martis.

SI profectio Martis ad signum venerit in quo fuit Saturnus in radice: pessimum annum, & turbulentum denotat, versabun-
tur

tur enim ita geniti in litibus, doloribus, damnis, & rebus irritis, propiorum, siue domesticorum pericula, vel mortem & corruptionem videbunt, & ipsi in res violentas, & varias turbas incident, atque molestias, & in nouas peregrinationes damnosas & mœstas, vel in pyratarum incursiones, in ægrotationésque, debilitatem corporis, & repentina vitæ pericula, & fortunarum iacturas, inimicorúmque; seditiones, & à senilibus personis iniurias, & mœrores patientur, propèque turbulencia, & timores, & defensiones mœsti efficientur, atq; cogitabundi. Secus si in propriis signis fuerint collocati, vel à beneficis testimonium susceperint extremas has causas suscipient, & tuebuntur.

Si profectio Martis ad signum venerit, in quo fuit Iupiter in radice, pulchrum, & rebus agendis aptum significat annum, actiones inducens virtute refertas, vel à potentioribus lucra, vtilitates, laudes, & optimam spem, & expectatarum rerum perfectionem pollicetur. Si autem natus ita ius habeat rei militaris, illo anno militabit, & exercitui præerit cum lucro, & honore maximo. Qui verò in maiori dignitate fuerit, vel in aliquo dominio, siue imperio, & gloria

gloria positi, illo anno incliti fient, & locorum optimas facient mutationes, & quum prius vitæ inæqualitates, & expensas perpeffi fuerint, propria seu magna ornabuntur substantia. Quòd si Mars Iouem tetragono, vel diametro aspectu infecerit: contrarietates plurimas, & damna inferet, & multa mala demonstrabit. Bene autem affecti in vtroque themate sanitatem, bona fortunæ, & gloriam contribuent.

Si profectio Martis venerit ad signum in quo in radice fuit ipse, si diurna fuerit genitura iniocundum & turbulentum faciet annum, indicit enim inimicitias, & nocumenta, & publicarum rerum causa calumnias, vel natus ita rerum suarum dissipator erit. Aliqui autem ex rebus bellicis, vel commilitonibus, aut viris potestatem habētibus calumniati, damna sentient, vel cum martialibus versabuntur, & damnosum habebunt commertium. Quòd si nocturna fuerit genitura, non malus erit annus, sed utilis & gloriosus, & maximè si in principalibus signis Mars reperiatur. Versabuntur enim cum iis qui martiales, vel publicas actiones exercebunt in rei militaris disciplina, non sine lucro, & honoribus amplissimis.

Q

Si profectio Martis venerit ad signum, in quo fuit Sol in radice: periculosas ægri-
tudes, intestinorum labores & cruciatus, ab igne, vel incendio nocumentum, sanguinis effusiones, vel incisiones, & vulnera, casum ab alto, vel ab equo calcitroso, siue aliis quadrupedibus periculum, siue aliquid sinistri. In itineribus timores, & detrimenta, cum martialibus iurgia, contentiones, & simultates, & quandoque mortem, si alter ipsorum fuerit anni dominus male affectus. Patris præterea mortem patrem habentibus denuntiat, aut perniciosam ægrotationem, alioqui quem genitoris loco habuerit, desiderabit: præfagit etiã inimicitias maiorum, & amicorum separationes. Si autem aliquo modo bene affecti in principalibus genitura locis, & suis signis reperiantur, & à beneficis testimonium habuerint, lucra, utilitates, actiones gloriosas, laudem & gloriam pollicentur, & potentiorum commendationes, non absque timore, turbulentiis, & insidiis, & circa suas actiones impediet, & inuidos faciet.

Si profectio Martis venerit ad signum in quo fuit in radice Venus: inimicitias, & separationes fœminearum personarum, aut
ab

ab vxoribus diuortium faciet, & domesticorum seditiones, & matris mortē, vel grauem ægritudinem matrem habentibus, non habentibus verò cum aliqua muliere consuetudines, geniale commercium, vel adulteria, instabilēsque amicitias, & ignominias. Si autem vterque fuerit malè affectus ex frigidityte, vel crapula, aut nimio coitu ægritudines expectent ita geniti, & circa actiones erunt instabiles. Fœminæ autem propter menstrua, vel abortiones illo anno periculosius degent.

Si profectio Martis venerit ad signum in quo fuit Mercurius in radice: turbulentum, & litigiosum denuntiat annum, pericula enim, ægrotationes, cerebri inuolutionem, & damna afferet, & scripturarum, argentearumque rerum, & iudicialium causa lites, & altercationes, & sacrarum rerum maleficia, fideiussionēsque & debita, seu deposita, & accusationes, & apud iudices natum oportebit se defendere. Quòd si in bicorporeis signis reperiantur, duplicabuntur huiusmodi apotelesmata, & facilius operabuntur. Sed si tres aphætæ Sol, Luna, Horoscopus, ab infortuniis salui fuerint, prædicta minuentur infortuniorum genera. Sin malè fue-

rint affecti, sic geniti in rebus agendis instabiles erunt, & in mercibus atque scripturis infortunati. Et si lites habuerint minuētur, vel maximam diminutionem expectantes circa non mediocres causas versabuntur.

Si profectio Martis venerit ad signum in quo fuit Luna in radice: nocuum, & periculosum annum pronunciat, seditiones, conuitia, accusationes, & lites, timores quoque & periculosas peregrinationes, & ab hospitibus, atque hostibus insidias, aggressiones, & calumnias minatur: matrisque, si sit, periculum, vel vxoris diuortium, aut foeminarum personarum discordias, seu pugnas, aut ab amica separationes, ciuilesque seditiones, turbas populares, & turbulentias. Indicit quoque ægrotationes acutas, debilitatem corporis, sanguinis effusionem, oculorum, capitisque dolores, casum ab alto, memorię, ac cerebri passiones, vel ab igne, aut ferro pericula, seu naufragia: maximè autem si diurna sit genitura, & Luna lumine aucta fuerit male affecta, mala enim superius scripta deteriores sortientur euentus. Contingent siquidem ita genitis vulnera seu cicatrices, & membri alicuius fractiones, oculorum dolores, labores, & nocumenta non modica,

modica, & graues curæ atque molestiæ animi, & corporis. Si autem à beneficis stellis testimonium habentes fuerint collocati in principalibus genituræ locis, faustas atque tutas actiones fœlicitatésque decernunt. In fœminearum verò genituris ægrotationes etiam & corporis pericula, sanguinísque effusionem, in puerperio discrimina, embriónísque incisiones, vel abortiuum, & naturalium locorum cruciatus, aut ignis adustionem, & ex ferro cicatrices infligere consueuerunt.

De profectiõibus Veneris.

SI profectio Veneris venerit ad signum, in quo fuit Saturnus in radice: molestum, mœstum, suspensum, atque nocuum tempus demonstrat, fœminarum repudiationes, pugnas, & iniurias, dedecus, seu nigram nominis notam, & iniustitiam, & matris, vel fœminarum, & cognatorum inimicitias, & amoris, fortasse impuri, gratia ignominiam. Erga enim seniores, vel familiaritate coniunctos, iurgia, lites, & dubios sermones, & opprobriosa verba excitabit. In pudibundis, seu partibus obscœnis dolorem

prænuntiat, instabiles amicitias, sodalitates, & consuetudines, & futuras cum veneris contentiones, & illo anno statum prorsus contrarium ita geniti expectabunt, locorum mutationes, & negotiorum tarditatem, & in corporis debilitatem incident, intestinorum dolores, & rerum occultarum labores, inimicorum insidias, & fortasse veneni pocula experientur, & longas patientur egritudines, maximè eis Marte, vel Mercurio testimonium præstantibus, & malignis radiis inficientibus.

Si profectio Veneris ad signum venerit, in quo fuit in radice Iupiter: bonum, & prædiuitem annum significat, & maiorum personarum laudes, & dona contribuet, adducetque ciuiles, popularésque ambitiones, honores, principatus, gloriam, & fœlicitatem, nuptias quoque, & consilia, seu concilia, & amicitias fœminarum gratas, & vtilis, & filiorum semen, vel natales, & ad res veneras natum incitabit, & plus solito procliuiorem efficiet. Quòd si mediocris conditionis fuerit ita genitus bene aget, & à malis, vel seruitute liberabitur, fidèque & summo honore dignus reputabitur, affluentique substantia decorabitur, & à veneris, & iouiali

iouialibus ornabitur, atque plus solito venerabitur.

Si profectio Veneris ad signum venerit in quo Mars fuit in radice: erit annus suspensus, litigiosus, ac molestus. Fœminarum enim pugnas, diuortia vxoris, & à mulieribus, & sodalibus separationes, & fortasse amoris gratia sanguinis effusionem: fœminarum corruptiones, virginum stupra, vel matris, si sit, mortem, aut periculofam ægrotationem. Iusque dicent ita geniti propter fœminas, & ipsarum patrocinia suscipient. riuales, æmulos, & inimicitias amoris gratia expectantes, & propter zelotypiam damna, dedecus, & molestias, infamiam, vituperia, & adulteria, afficientur iniuria, vel prodentur, & præter voluntatem agentes, vel respondentes luent pœnas. Interdúmque separationem illorum, quibus cum viuunt. Desiderabunt præterea, imperabúntq; propter aliquas diu expectatas spes, & bene cognitam famam.

Si profectio Veneris ad signum venerit, in quo Sol fuit in radice: gloriosum, salubrem, iucundum, alacrem, & rebus agendis aptum denotat annum, facítque natum erga mares, & fœminas laudatum, & vtilem,

dabit quoque gratas consuetudines, nuptias, filiorum procreationes, dona potentiorum, & ornamenta, vtilis emptiones, & venditiones, lucra, & gloriam, & patrem habentibus patri gloriam, & sanitatem, & ex omnibus negotiis vtilitates, maximè si bene dispositi fuerint in vtroque schemate. Illis autem qui in aliqua sunt expectatione, stemmata, principatus & foelicitates decernit, à priuatis, seu clientulis vtilia dona, & rerum secretarum, vel diuinarum inquisitiones. Iocunditatemque & læticias, gaudia, venereas voluptatum illecebras, ægregiam venerem, & lauta conuiuia pollicetur.

Si profectio Veneris venerit ad signum in quo ipsa fuit in radice, & si etiam fuerit anni regina, & bene disposita: amicitias potentiorum contribuet, præcipue nobilissimarum mulierum, item laudes, gaudia, & consortium vtile, & iocundum cum maribus, & foeminis habebit illo anno, & omnes patienter feret. Dabit insuper alma Venus ita genito dona, & delectabiles consuetudines, nuptias, & domesticorum beneuolentiam, vel commodas, & gratas cū veneris, & foeminis voluptates, & vtilitates, huiusmodi distributio natum efficiet solito procliuio

cliuiorem ad musicam, choreas, tripudia, & lauta conuiuia, atque venerem ægregiam. Verũ enimuero si Venus cum Saturno, vel Marte reperiatur, vel hostiliter ab eis respiciatur, vel in signis sit, in quibus nullam habeat dignitatem, præsertim in cacodæmone, aut sexta cœli statione: nato vituperia, siue notas, ignominiam, & cum dedecore damna infliget, aut carceris, & vitæ pericula subibit, dabit etiam nato damna, odia, similitates, & fraudes mulierum, iudiciâque, & seditiones, & propter zelotypiam animi acerbos cruciatus, & vitæ discrimina. Eodem quoque pacto si mulieris alicuius fuerit genitura, ex viris huiuscemodi damna, & pericula portendit.

Si profectio Veneris venerit ad signum in quo fuit Mercurius in radice: rebus agendis aptum, optimique consilij tempus demonstrat, circâque largitiones, seu munera, & accipiēda & danda, in mercibus quoque & scripturis lucra, & lætam sortem, oportunos quæstus, & in rationibus, seu ratiocinationibus, & eruditionibus natum efficiet idoneum, & solito eloquentiorem, suos enim conceptus eleganter enuntiabit, aptas quoque & lucrigeras decernit amicitias em-

ptionésque ornamentorum vtilis, cum seruis gaudia, & coaptationes, quin & foeminarum gratas societates, & cum Mercurialibus vtile, & honorificum commercium, honores solito maiores, & gloriam consequetur, correptionem negotiorum, depositorum fœdera, & cognatorum misericordiam habebit natus.

Si profectio Veneris ad signum venerit in quo Luna fuit in radice bene affecta, & in bonis genituræ locis collocata: prædiuitem annum, & vtilem decernit, vitamque ornat in his omnibus quæ ad vitam pertinent, inclitam præbet gloriam, & laudem non sine multorum odio, æmulationes enim contentiones, & inimicitias ex maribus, & foeminis excitabit, animi insuper instabilitates, & suspensiones erga cognatos, affines, & amicos. Contentiosa siquidem vniuersaliter & æmula est huiuscemodi distributio, sed tandem suo Marte & ingenij dexteritate hostes exterminabit, fietque natus votorum fermè omnium compos.

De profectioibus Mercurij.

SI profectio Mercurij venerit ad signum in quo fuit in radice Saturnus: turbulentum, & periculosum annum denuntiat, negotio

gotiorum impedimenta, & destructiones, mœrores, dolores, dāna, lites, & iurgiorum contentiosa certamina inducēs, secretarum fortasse rerum, vel scripturarum causa, vel etiam pecuniæ adulterinæ, vel mortuorum. Natus quoque debilitatem corporis sentiet, variâsq; ægritudines, & pthifim degustabit, & atra bile turbabitur, aut venena sumet, mortémque vel propiorū, vel patris, vel filiorum videbit, & propter mortuos iurgia, lites, & similtates aget, vel hæreditatis gratia contentiones. Si autē inter se tetragona, vel diametra radiatione fuerint coniuncti, vel cadentes hostili intuitu à Marte vulnerentur, vel pariter alligati sint cardinaliter, aut inter se periclitantes aliquid machinati fuerint, capitis discrimina subibūt, alioqui naufragia, & maritimas inuolutiones degustabunt, & periculosè degēt. In propriis autem domiciliis cōstituti cum dilatione, morula, & expensis gloriã, & negotiorum correptionem prænuntiant. Quod si inter se non fuerit aspectus, mediocres fiunt in significato.

Si profectio Mercurij venerit ad signū, in quo Iupiter fuerit in radice: rebus agendis aptum, & boni consilij annum significat, negotiorum bonam dispositionem, laudes, & amicitias

amicitias potentiorum inducens, & propter domesticas dispensationes utilitatem, aut propter vaticinia, scripturas, & iudicia, ingeniique dotes ægregias lucra, & fœlicitates contribuet, & omnia bona decernit. Nihilominus si fuerint male affecti, ita geniti sæpius turbabuntur, & infamiam, vel timores expectabunt, inque intempestivas expensas incident, & erga domesticos, seruos, cognatos, vel amicos aliquantisper instabiles erunt, sed in mercibus fortunabuntur, eruntque nati ita solito eloquentiores.

Si profectio Mercurij venerit ad signum in quo fuit Mars in radice: haud bonum denuntiat annum, inimicitias enim, & lites, damnæque & maleficia inducit, fœlicitatēque, fideiussiones, & multas vsuras, siue fœnora decernit, aggressionēque & prædationes, vastationes, proditiones, dolos, insidias, & martialium inimicitias, atque domesticorum simulat^{ta}es, & instabilitatem. Interdumque & ipsi quorum est genitura huiuscemodi damna aliis inferent, ad insidias tamen audaces, & apti erunt, & per ipsos variæ detegentur insidiæ, dolosque, & mala facinora machinantes conscij timide turbulenti que degent, suspectas accusatio-
nes

nes patrimonij euerfiones, & vitæ pericula expectantes.

Si profectio Mercurij venerit ad signum in quo Sol fuit in radice: boni confilij futurum annum demonstrat, associabilémque, & in rebus agendis solertiozem efficiet natum, laudes inducens potentiorum & petitiones, & dona, cum dilatione tamen & impedimentis propter domesticas dispensationes, & præfecturas, & secretarum rerum scientiam, ex sermonibusque & eruditionibus gloriam pollicetur, & utilitates. Quæcunque vero plurima mysticè & cum similitate incœperint, ea omnia perficientur adamussim.

Si profectio Mercurij venerit ad signum in quo fuit Venus in radice: bonum, & rebus agendis aptum annum demonstrat. Circaque elargitiones, & receptiones emptionésque, & veneras conciliationes propter quòd rationes vel eruditiones, seu negociationes, & domesticam dispensationem utilitates, laudésque, & nouas amicitias acquireret natus, & cum maribus honorificas consuetudines, & cum fœminis implicabitur. Illis autem qui in maiori fortuna fuerint, seruorum, & prædiorum possessiones pollice

pollicetur. In petitionibúsq̄ue utilitates, & foelicitates commodas decernit, & erga domesticos mutuam beneuolentiam, atque amoris vicissitudinem cum Iouialibus, & venereis.

Si profectio Mercurij venerit ad signum in quo ipse Mercurius fuit in radice: rebus agendis aptum, & vtilem annum demonstrat, circáque dicendi facundiam, & sermonis ornatum, & fidem, & optima consilia perficit natum, atque inimicorum superiores facit. Quicumque fictè & mysticè degunt, negotiorum correptionem, bonámque successionem, & ex rebus suis, atque rationibus, vel decretis foelicitatem pollicetur, & maximè si orientalis sit, vel in signis reperiat in quibus dignitatem habuerit. Et si ab Ioue, vel venere respiciatur, maiorem fidem & utilitatem demonstrat futuras. Quòd si à maleficis aliqua radiatione infestetur, timores, & aduersitates patietur plurimas.

Si profectio Mercurij venerit ad signum in quo fuit Luna in radice: rebus agendis aptum annum denotat, eo maximè si in bonis genituræ locis reperiat, & orientalis sit, & vterque in caelesti themate bene dispo

disponatur Laudes virorum pariter & foeminarum inducere consuevit, & ex suis negotiis vtilitates, actiones virtute præditas, & fidem: in rebus agendis perfectionem indicant. Erga maiores personas, plebeosque & lunares erit fidus, & in pauperculos munificus, & facilis, resque varias, & diuersa negotia cum vtilitate, & lucra perficiet. Si autem in alienis domibus vterque reperiat, vel à maleuolis respiciatur hostifico intuitu, lites, & expensas ac dolores, & à maioribus personis minas indicit, turbationesque & timores, secretarumque rerum, aut fortunatarum causa proditiones, & vitæ pericula.

De profectioibus Horoscopi & Lunæ in genitura, quod singulis in domibus efficiant.

CVm profectio ascendens, itémque Lunæ peruenerit ad primam domum, alacritas quædam sentiri solet singularis, experiuntur etiam tunc foelicem fortunam in actionibus & rebus suis, maximè si luminaria ceciderint, & ipsa annua conuersione fortunata, ac si profectio habeat prosperas
 configu

configurationes radiorum genituræ. Hoc tempus lucrum, principatúsque ac honores, & caritatem propinquorum spondet. Tunc aptum tempus comparare ea quæ corporis, vitæque cultus, & cura postulat, vestes, cibum, iumēta, arma, & quicquid est homini necessariū ad victum cultúmque corporis.

Cùm verò ad secundam domum peruenit horum profectio, opera danda erit emptionibus, & venditionibus, pecunię collocationibus, repetendis nuntiis, totique rei pecuniariæ. Tum lusibus, & gymnasiis vacabimus, sperabimúsque de hostibus victoriam, sed metuentur domestica damna flammæ & furtorum.

Cùm ad tertiam, in itineribus studeant, Hoc tempore cum consanguineis, & religiosis aptè negotia gerentur, sed metuant nati occultos morbos, & odia diurturna.

Cùm ad quartam, lucrum sperandum, & precium operæ. Accessio hæreditatis, benignitas, & fauor parentum, quique illorum loco sint. Tum thesauros obrutos terra scrutabimur & argenti fodinas excutientes, arcana, & abstrusa vestigabimus: possessiones, frumentaque comparabimus, aut vendemus. Extruemus ædificia, piscinarum
lucra

lucra quæremus, testamenta condemus, de sepultura mandabimus. Hoc autem tempore sentiemus animi tristitiam, & mortis metum, periculosum tunc fuerit in aquis versari, in ardua conscendere, militares lusus armorum exercere, glaciem transire, coram regibus, & principibus apparere, itinera longa facere, vilitas, & contemptio nato accident.

Cùm ad quintam, delectationi est puerilis etas, voluptatem etiam capiunt de mulierum consuetudine, & ex sodalitiis. Sed pericula impendent mendaciorum, & proditionis. Tunc opera danda liberis, amicitia, conuiujs, colloquijs, & confabulationibus, ac circulis. Aptum est hoc etiam tempus pacificationibus, contractibus, conficiendis literis, mittendis nuntijs, nauigationibus mercatibus, vestibus nouis cum incidendis tum induendis, inque summa ingenij obsequio. Est enim lætificum, & felix, præsertim si luminaria, atque adeo ascendens pars fortunæ ceciderint in conuersione annua, siq; hæc profectio prosperis configurationibus à radijs natiuitatis imbuatur.

Cùm ad sextam, variorum morborum timenda sunt pericula, odia, & inimicitia

R

excitabuntur, quæ tempore longo durent. Et vt semel dicã, nihil fortunabitur rerum omnium, tunc cautè erga famulos, & seruiantes mercede nos geremus. Iter non faciemus, non incidentur, neque induentur noua vestimenta. Tempus hoc mercatibus aduersum omnibùsque contractibus, & negotiis, conuentibus, consiliis, deliberationibus aduersum, & foundationibus, & incoepationibus noui operis, quòdque durare velimus. Magna tamen diligentia versabimur in vsu cibi, & potus, vt morbos effugere possimus, qui de leuissima hoc tempore occasione existere soleant, maximè cum lumina quoque in annuè conuersionis domibus infortunatis fuerint, pertigeritque profectio ad malefica corpora, radiósve geneseos.

Cùm ad septimam, tum homines laborant animi quadam morositate, & impatientia, nec non à mulieribus facilè ductantur, pericula impendent, & domestica damna à flammis & furtis, cum mulieribus rem habere conueniens tempus, vxorem petere duceréque, celebrare nuptias, mercaturas facere, persequi fugitiuos, instituere conciliationes, & pacificationes. Bellis, tumultibus, expeditionibus penitus contrarium, maximè

maximè si lumina & ascēdens pars in conuersione annua infœliciter ceciderint, aut cùm profectio pertigerit ad configurationes noxias. Hoc enim est hostium tempus quo ad nocendum potissimè excitari consueuere.

Cùm ad octauam, tempus est ægrota-
tionum, & detrimentorum, tum vel cor-
pus, vel res affligi solet, tum mendacia, per-
fidia, prodiciones metuendæ, tum ipsa mors
ingruit. Quare attenti erimus in victu, cul-
tûq; ac rebus omnibus de quibus nasci mor-
bi possent. Itinera non facies, consultatio-
nes, tractationesque rerum ac consilia vita-
bis, nec incidi patiere, nec indues vestes no-
uas, non mercabere, non vendas, non aleæ
studebis, non dabis mutuum, non spõdebis
pro altero: ad pugnam proficisci, litém ve-
mouere, itémque venam incidere, cucurbi-
tulásque, & sacrficationes, denique medici-
na vti vitabis, neque quicquam aggrediere
quod periculum contineat, maximè si lumi-
na infortunatè ceciderint in conuersione
annua, cùmque profectio ad maleficarum
configurationes geneseos peruenerit.

Cùm ad nonam, tempus conueniens lon-
gis itineribus, si qua in genesi forte decer-

nantur tum studia literarum, ac artium colunt, tunc amicitias, & necessitudines externorum, aut ab externis fructus acquirunt, tunc apud principes, & pontifices versari, corámque apparere, & benignitatem illorum experiri velle aptum, studiáque potissima Astrologica, & chomayca exercere, literas amanter perscribere, tabellarios mittere, denique ingenium, & aciem mentis intendere.

Cùm ad decimam, illo in tempore res gerent apud principes, cùmque illis erunt, aut magistratu fungentur, potienturue honoribus pro loco, & ordine suo. Si tamen in genesi decernatur, hoc enim est tēpus splendoris, famæ, dignitatis, honoris, sed damna domestica flammæ, & furti metuenda, tunc conuenit à regibus & principibus fortunæ augmenta petere, promittitur enim commodæ petitionis successus, tunc munera capessenda, subeundæ clientelæ, artibus, & disciplinis danda opera, proficiscendum ad bellum, prosequendi hostes, versandum in iudiciis, & foro, faciēdum iter, nauigandum, disceptandum de iure, celebrandi conuentus, incidenda, induendaque noua vestimenta, & vt dicam semel, omnium rerum fœlices

ces tum inceptiones, & conatus esse solent, maximè si qua prosperitatem generis decernat, sique lumina loca foelicia in annuè conuersionis themate possideant, cumque ad prosperas configurationes profectio pertigerit. Natus etiam eo tempore magistrum suum renouabit.

Cùm ad vndecimam, tum hilaritas sentietur, multos, & conuenientes amicos acquirere queque volet ferè consequetur omnibus in rebus, obtrektoribus tamen, & maledicis non carebit, fortunatissimum est hoc tempus omnium, quicquid facere, moliri que velimus, tunc præter spem, & opinionem bona contingunt, tunc aptum ad reges & principes, idque illorum profectos accedere, & cum amicis colloqui, nec non omnium cum hominibus ordinum ac conditionum, negociorum gerendorum gratia commisceri, præsertim si res pecuniaria, & facultatum agatur, tum mercabimur, vendemus, ludemus alea, collocabimus pecuniam, mutuum dabimus, vocabimus in ius, colloquia, conuentusque frequentabimus, faciemus iter terra, induemus noua vestimenta, migrabimus, expeditiones, bellaque mouebimus, pugnabimus, hostes persequere-

mur. Quicquid enim tunc facere incoeperimus, foelicem sortietur exitum, cum hoc sit tempus summæ, & maximè propriæ foelicitatis.

Sed ad duodecimum cùm peruenerit profectio, tum infestabuntur ab occultis ægritudinibus, tum diuturnæ inimicitia se proferent, tum omnibus rebus difficultates, & aduersitates obiicientur, contrariũ tempus itineribus, conueniens hostibus, quorum tum odia, consilia perfida, conatus insidiosi aduersus capita, famam, rem, potissimè inualefcunt. Itaque pericula carceris, & captiuitatis impendent. Nemo tunc velit operam dare mercatibus, frequentare conuentus, & colloquia transactionum, mutuum dare, nouas induere vestes, tum venationes, equorũque, ac iumentorum vsus discriminis plenus est.

Quando profectio ascendentis pertinet ad corpus infortunæ. Vide in quam domum reuolutionis ipsa infortuna ceciderit, quoniam significat damnum in significatis illius domus.

Quando profectio ascendentis radicis ad Caudam reuolutionis fuerit, significat tristitiam, & damnũ pro vilibus hominibus.

De

De significatis profectioꝝ Medij cœli, & Solis.

Cum hæc profectio peruenerit ad primam domum, tum promittitur fortuna munerum, & functionum publicarum, artificiorum, imperij, accessionesque amicitiarum, gloriæque, ac dignitatis amplitudo, si quidem hæc nato genesis figuram decreuerit, ac etiam si hoc ipso tempore priuatus adhuc fuerit, magistratum tamen præfecturamve adipiscetur, neque ambitione, neque labore vlllo suo.

Cum ad secundam Medij cœli, solisque profectio deducuntur, experientur nari fortunam præfecturarum, benignitatemque regum, ac principum & artificiorum.

Cum ad tertiam, mediocris fortuna conditionis, & professionis decernitur. Magis tamen metuendum malum: quam sperandum bonum, videntur tunc orbi futuri patribus, aut amissuri consanguineos.

Cum ad quartam, nihil nisi aduersum expectetur dignitati, & honoribus, tum infamia, & parentum odium timendum, & afflictio metuenda à principibus.

Cum ad quintam, tum versabuntur cum liberis libenter, & ex illis aliquam capient voluptatem, ac fructum, amicitias colent.

Sed & libidini indulgebunt, quo fiet vt suæ dignitatis, ac loci immemores, damnum flagitiúmque faciant.

Cùm ad sextam, tempus prósperum & secundum, faciendis quibuscunque rebus, negociis gerendis, familiæ, iumentorúmque vsui accõmodatis, sed dignitatis, famæ professionisque detrimenta, tum labefactationem sentient.

Cùm ad septimam, tum famæ professionis, dignitatis, honorum, gloriæ speranda amplificatio. Tum ex amore implicabũtur nobilium, & splendidioris, quàm suum sit, generis mulierum. Amittent autem morte patres, consanguineosue.

Cùm ad octauam, animi erunt tristes, solliciti, anxij, metuenda infamia, & aduersa fortuna, dignitati, ac professioni, infamia, obtrectatio, denique omnium rerum difficultas, & detrimenta.

Cùm ad nonam, tum longa portenduntur itinera, quorum faciendorum causam occasionẽque præbeat dignitas, professio, & magisterium. Tum externis innotescunt, cùmque illis vtilis, & fructuosas iungent amicitias.

Cùm ad decimã, foelicissimus status promittitur

mittitur dignitati, professioni, famæ, muneri quo quisque fungitur. Tum res meliores faciunt regum, principumque munificentia, suaque virtute nouum splendorem consequuntur.

Cùm ad vndecimam, tum congregant redditus professionũ, & munerum, & principalium beneficiorũ, sed & benefici erga suos tunc esse solent.

Cùm verò ad duodecimam venerit medijs cœli, solisue profectio, aliquid nato damni facient, quod à regibus, & principibus detur, aut professionis, honorumue detrimenta sentient, aut principum amittent benignitatem, aut obtrectationibus, inuidia, maledicentia prementur, tum & consanguinei, aut amici morte eripiuntur.

De significantis profectioꝝ partis fortunæ.

P Artis fortunæ profectioes vbi ad primã domũ peruenerint, tũc est aptum rei operam dare, & facultates augere. Tunc & insperata obtingent bona. Quidquid tũc agere incipiet, prosperum sortiatur exitum, maximè earum rerum, cùmque iis hominibus quorum commendationem signum as-

R 5

cendētis in genesi illiúsque dominus acceperit, quæ fœlicitas etiam illius in stellæ peculiari die, ac hora intendetur, cùm signum illud ab ortu ascendet. Quo loco sciendum fortunam propriam singularum domorum maximè respondere stellæ dominatrici domus déque illius natura, earúmque rerum, eorúmque hominum quorum commendationem habet, existere.

Vbi ad secundam venerit profectio, accedit bonum, & lucrum speratum. Tunc cum euidenti fructu mercabuntur, vendéntque ac domesticam rem augebunt nati.

Cùm ad tertiam, tum aliquid commodi sentiemus à cōsanguineis, fratribus, sororibus, comitibus.

Cùm ad quartam, expectandum bonum à parentibus, occultis sub terra rebus, à fructibus, & agricultura, hæreditatibus, metallis, mercatibus, possessionum vsu, piscinis, & aquis.

Cùm ad quintam, liberi vtilitati, ac voluptati fiunt natis, vtilis amici, fertile solum, fructuosæ arbores, negotiationes scripturæ, vestium, librorum exercendæ, sperandum bonum à cibo, medicina, amoribus.

Cùm

Cùm ad sextam, lucrum fit de captiuis, famulis, ancillis, pecore, suibus, capris, apibus, & si quid est in re nostra vile, ac inane.

Cùm ad septimam, promittitur commodum ab vxore, ab ætate prouectis mulieribus, à litibus, & iure, ab hostibus, & inimicis.

Cùm ad octauam, hæreditates decernuntur, & lucrum vxorium. Hoc tempore custodiamus nostras domus, ac res cum diligentia, impēdet enim periculum à furibus, & prædonibus. Non detur tūc pecunia mutuò, non deponatur, vix enim quicquam recipi poterit.

Cùm ad nonam, utiliter fient longiuscula itinera, bonum aliquod obueniet à longinquis locis, ab artibus, ab ecclesiæ primatibus atque illis omnibus, quorum commendationem signum domus nonæ habuerit.

Cùm ad decimam, beneficia principum speranda, lucrum artium, & professionis, & functionis.

Cùm ad vndecimam, bonum ab amicis expectandum. Tunc lucrosæ erunt negotiationes, fœliciter pecunia tunc mutuò dabitur. Hoc optimum est tempus petendæ debitæ pecuniæ, aut meriti beneficij à principibus.

Cùm

Cùm verò ad duodecimam peruenerit profectio, proderunt captiui, & mala facinora, equi, boues, asini, & huiusmodi animalia. Sed tamen ferè aliquid de fortunis minuitur ita, vt clam, maximè si Saturnus, vel palam Mars hanc domum in genefi pofederint, aut signi illius domini fuerint nati subducantur.

Quomodo dies exploretur, quo profectio annua ad certum locum figuræ cæli perueniat.

EX tabula radicum profectioinum inuenies quolibet anno ætatis nati ad quod signum aliqua profectio annua peringat, vt anno ætatis nati. 28. currente, vel inchoante fuit profectio ascendentis ad 6. gradum. 33. minuta Scorpionis: profectio Lunæ 0. 24. Aquarij. Profectio Solis ad 4. 46. Scorpionis & sic de aliis, & cetera. vt patebit inferius.

Nunc si velles habere diem, quando profectio Orientis perueniet ad trinũ Saturni, subscribe à motu Saturni gradũ & minutũ profectioinis annuæ: & eum numerũ subtrahere à primo & veniet differentia inter gradus & minuta annuę profectioinis, & locum aspectus

aspectus, cuius diem quæris. Vt si radix profectio-
 nis ascendens anno 28. ætatis nati
 fuerit 6. gradus. 33. minuta Scorpionis, &
 inuestigare volo diem quando pertinget ad
 trinū Saturni. Fuit autē Saturnus in 8. gra-
 dus. 52. minut. Piscium: operare vt infra.

grad. minu.

8. 52. Trinus Saturni in Scorpione.

6. 33. Radix profectio-
 nis annuæ.

2. 19. Distantia vel differentia in-
 ter radicem profectio-
 nis, & trinū Saturni.

Hos gradus 2. minuta 19. quæro in tabu-
 la sequenti, & reperio viciniorem. 2. 18. in
 cuius numeri ad sinistram reperio 29. dies.
 Dico igitur profectio-
 nem annuam Orien-
 tis pertingere ad trinum Saturni die 29. à
 tēpore reuolutionis: id est die 17. Augusti.

Pro iudicio faciamus ergo exemplum ad
 significationem profectio-
 nis & diuisionis.
 Quidam vir fuit natus Florentiæ, cuius la-
 titudo est graduum 43. minut. 40. anno
 labente 1523. die 19. Iulij, hora 8. min. 8.
 ante meridiem: in quo tempore erat ascen-
 dens Leo, gradibus 6. minutis 33. & Sol in
 eo gradibus 4. minutis 46.

DE NATIVITATVM

Mercurius in Leone gradibus 26. minutis 34.

Saturnus in Piscibus gradibus 8. minutis 52. Retrogradus.

Iupiter in Piscibus gradibus 0. minutis 32. Retrogradus.

Mars in Libra grad. 11. min. 41.

Venus in Geminis grad, 26. min. 30.

Luna in Scorpione grad. 0. min. 25.


Caput Dragonis in Piscibus gradibus 9. minutis 40.

Et secundum hanc figuram formo tabulam radiationū atque aspectuum locorum genituræ propositæ, vt habeam diem quando profectio annua perueniet ad aliquem aspectum planetarum. Et prudens Lector id facile per se intelliget sine exemplo & tabula radiationum, &c.

* * *



[20.7.]



[110.7.]

DE NATIVITATVM

*Tabula pro diebus, quibus profectio annua ad
certum locum figuræ cæli pertinet.*

Dies.	Gr.	M.	Dies.	Gr.	M.	Dies.	Gr.	M.
1	0.	0	33	2.	38	65	5.	15
2	0.	5	34	2.	42	66	5.	20
3	0.	10	35	2.	47	67	5.	25
4	0.	15	36	2.	52	68	5.	30
5	0.	20	37	2.	57	69	5.	35
6	0.	25	38	3.	2	70	5.	40
7	0.	30	39	3.	7	71	5.	45
8	0.	35	40	3.	12	72	5.	50
9	0.	40	41	3.	17	73	5.	55
10	0.	45	42	3.	22	74	6.	0
11	0.	50	43	3.	27	75	6.	5
12	0.	55	44	3.	32	76	6.	10
13	0.	59	45	3.	37	77	6.	15
14	1.	4	46	3.	42	78	6.	20
15	1.	9	47	3.	47	79	6.	25
16	1.	14	48	3.	52	80	6.	30
17	1.	19	49	3.	57	81	6.	35
18	1.	24	50	4.	2	82	6.	40
19	1.	29	51	4.	7	83	6.	45
20	1.	34	52	4.	12	84	6.	50
21	1.	39	53	4.	17	85	6.	54
22	1.	44	54	4.	21	86	6.	59
23	1.	49	55	4.	26	87	7.	4
24	1.	53	56	4.	31	88	7.	9
25	1.	58	57	4.	36	89	7.	14
26	2.	3	58	4.	41	90	7.	19
27	2.	8	59	4.	46	91	7.	24
28	2.	12	60	4.	51	92	7.	29
29	2.	18	61	4.	56	93	7.	34
30	2.	23	62	5.	0	94	7.	39
31	2.	28	63	5.	5	95	7.	43
32	2.	33	64	5.	10	96	7.	48

Tabula

Tabula pro diebus, quibus profectio annua ad certum locum figuræ cæli pertinet.

Dies.	Gr.	M.	Dies.	Gr.	M.	Dies.	Gr.	M.
97	7.	53	129	10.	31	161	13.	9
98	7.	58	130	10.	36	162	13.	14
99	8.	3	131	10.	41	163	13.	19
100	8.	8	132	10.	46	164	13.	24
101	8.	13	133	10.	51	165	13.	29
102	8.	18	134	10.	56	166	13.	33
103	8.	23	135	11.	1	167	13.	38
104	8.	28	136	11.	6	168	13.	43
105	8.	33	137	11.	11	169	13.	48
106	8.	38	138	11.	16	170	13.	53
107	8.	43	139	11.	21	171	13.	58
108	8.	48	140	11.	26	172	14.	3
109	8.	53	141	11.	31	173	14.	8
110	8.	58	142	11.	36	174	14.	13
111	9.	3	143	11.	41	175	14.	18
112	9.	8	144	11.	46	176	14.	23
113	9.	13	145	11.	51	177	14.	28
114	9.	18	146	11.	55	178	14.	33
115	9.	23	147	12.	0	179	14.	38
116	9.	27	148	12.	5	180	14.	43
117	9.	32	149	12.	10	181	14.	48
118	9.	37	150	12.	15	182	14.	53
119	9.	42	151	12.	20	183	14.	57
120	9.	47	152	12.	25	184	15.	2
121	9.	52	153	12.	30	185	15.	7
122	9.	57	154	12.	35	186	15.	12
123	10.	1	155	12.	40	187	15.	17
124	10.	6	156	12.	44	188	15.	22
125	10.	11	157	12.	49	189	15.	27
126	10.	16	158	12.	54	190	15.	32
127	10.	21	159	12.	59	191	15.	37
128	10.	26	160	13.	4	192	15.	42

S

DE NATIVITATVM

*Tabula pro diebus, quibus profectio annua ad
certum locum figuræ cæli pertinet.*

Dies.	Gr.	M.	Dies.	Gr.	M.	Dies.	Gr.	M.
193	15.	47	225	18.	25	257	21.	2
194	15.	52	226	18.	30	258	21.	7
195	15.	57	227	18.	34	259	21.	12
196	16.	2	228	18.	39	260	21.	17
197	16.	6	229	18.	44	261	21.	22
198	16.	11	230	18.	49	262	21.	27
199	16.	16	231	18.	54	263	21.	32
200	16.	21	232	18.	58	264	21.	37
201	16.	26	233	19.	3	265	21.	42
202	16.	31	234	19.	8	266	21.	47
203	16.	36	235	19.	13	267	21.	52
204	16.	41	236	19.	18	268	21.	56
205	16.	46	237	19.	23	269	22.	1
206	16.	51	238	19.	28	270	22.	6
207	16.	55	239	19.	33	271	22.	11
208	17	0	240	19.	38	272	22.	16
209	17.	5	241	19.	43	273	22.	21
210	17.	10	242	19.	48	274	22.	26
211	17.	15	243	19.	53	275	22.	31
212	17.	20	244	19.	57	276	22.	36
213	17.	25	245	20.	2	277	22.	41
214	17.	30	246	20.	7	278	22.	46
215	17.	35	247	20.	12	279	22.	50
216	17.	40	248	20.	17	280	22.	55
217	17.	45	249	20.	22	281	23.	0
218	17.	50	250	20.	27	282	23.	5
219	17.	55	251	20.	32	283	23.	10
220	18.	0	252	20.	37	284	23.	15
221	18.	5	253	20.	42	285	23.	20
222	18.	10	254	20.	47	286	23.	25
223	18.	15	255	20.	52	287	23.	30
224	18.	20	256	20.	57	288	23.	35

Tabula

Tabula pro diebus, quibus profectio annua ad certum locum figuræ cæli pertinet.

Dies.	Gr.	M.	Dies.	Gr.	M.	Dies.	Gr.	M.
289	23.	39	315	25.	48	341	27.	56
290	23.	44	316	25.	53	342	28.	0
291	23.	49	317	25.	57	343	28.	5
292	23.	54	318	26.	2	344	28.	10
293	23.	59	319	26.	7	345	28.	15
294	24.	4	320	26.	12	346	28.	20
295	24.	9	321	26.	17	347	28.	25
296	24.	14	322	26.	22	348	28.	30
297	24.	19	323	26.	27	349	28.	35
298	24.	24	324	26.	32	350	28.	40
299	24.	29	325	26.	37	351	28.	45
300	24.	34	326	26.	42	352	28.	50
301	24.	39	327	26.	47	353	28.	55
302	24.	44	328	26.	52	354	29.	0
303	24.	49	329	26.	57	355	29.	5
304	24.	54	330	27.	2	356	29.	10
305	24.	59	331	27.	7	357	29.	15
306	25.	3	332	27.	12	358	29.	20
307	25.	8	333	27.	17	359	29.	25
308	25.	13	334	27.	22	360	29.	30
309	25.	18	335	27.	27	361	29.	35
310	25.	23	336	27.	32	362	29.	40
311	25.	28	337	27.	37	363	29.	45
312	25.	33	338	27.	41	364	29.	50
313	25.	38	339	27.	46	365	29.	55
314	25.	43	340	27.	51			

S 2

PRimò ex illa tabula inquirere oportet ad quæ signa, & quas domos radice pertineant annuæ profectioes significatorum, hoc est planetarum, & locorum quæ dirigi solent, id hoc modo fit.

Quare annum ætatis propositum vel currentem in corpore columnæ annorum, signum loci natiuitatis propositi vel planetæ significatoris & per lineam trãsuersalem inuenies in angulo communi signũ Zodiaci, ad quod profectio loci propositi pertinet. Hæc profectio in eam domum incidit, in qua signum inuentum constituitur in radice natiuitatis. Oportet autem te hic singulis domibus æqualem graduum numerum tribuere.

Exemplo res plana fiet. Sumamus igitur exemplum figuræ propositæ natiuitatis. Anno ætatis nati currente 28. profectio horoscopi est in grad. 6. min. 33. Scorpionis ad quartam domum radice, cum videlicet singulis æquales gradus tribuuntur, quod fieri oportet.

Profectio Solis in grad. 4. min. 46. Scorpionis ad quartam domum radice.

Profectio Lunæ in grad. 0. minutis 24.

Aquarij

Aquarij ad sextam domum postea in septima & octava domo radicis.

Profectio partis fortunæ in gr. 2. min. 11. Aquarij in sexta, &c. vt diximus de Luna.

Profectio Medij cæli in grad. 21. min. 47. Cancrī in duodecimā & postea in primam domum radicis.

Profectio Saturni est eo anno in grad. 8. min. 52. Geminorum, in vndecima radicis.

Profectio Iouis in grad. 0. min. 31. Geminorum in vndecima radicis.

Profectio Martis in grad. 11. minutis 40. Capricorni ad sextam, deinde ad septimam radicis.

Profectio Veneris in grad. 26. min. 30. Virginis ad tertiam deinde quartam radicis domum.

Profectio Mercurij in grad. 26. min. 34. Scorpionis in quartam & postea in quintam radicis.

Hæ sunt profectioes singulorū significatorum ad annum ætatis nati. 28. currentem.

Secundò, cùm inuentum est ad quam domum, & quod signum radicis profectio alicuius planetæ, seu significatoris pertingat, videndum est qui aspectus singulorum planetarum, & quales ad illud signum, vel

ad eam domum proiiciantur.

Tertiò , considerandum est quomodo planeta is cuius profectio instituta est ordine applicet ad singulos aspectus, qui ad eam domum ab aliis proiiciuntur.

Quartò , ex his aspectibus postea dies certi alicuius mensis supputantur, quo profectio significatoris ad aliquem promissorem, seu eius radium peruenit per tabulam superius traditam. Summa dierum collecta si à die natali numeretur, ostendit diem & mensem quo profectio significatoris propositi ad radium certi alicuius promissoris peruenit.

Iam si voles certi alicuius decreti casus nato euenturi tempus particulare definire:

Primò, Considera qualis sit directio, bona ne an mala, & quorum planetarum, hoc est, quis sit significator, quis promissor. Nam profectioes sine directionibus consideratæ parum possunt.

Secundò, Postea considera dies profectioum, qui sunt aut boni seu fausti, aut mali & infauti pro ratione aspectuum amicorum vel hostilium, & si directio est mala, hoc est, si minatur infortunium, assume ad eam directionē similes dies profectioum,
 scilicet

scilicet malos, potissimum verò eorum significatorum, & promissorum, quorum est directio facta. Sin bona est directio, assumas dies profectionum foelices, eorum planetarum potissimum, quorum sunt directiones factæ. Ita habebis annum, mensem & diem euentus seu casus in radice significati. Sed repeto exemplum superius.

Dies boni ac mali profectionis annue Horoscopi.

- 17. Augusti, Ascendens ad trinum Saturni dextrum.
- 20. Martij, Ascendens ad quadratũ Mercurij sinistrum.
- 7. Maij, Ascendens ad quadratum Iouis dextrum.
- 27. Iunij, Ascendens ad trinum Solis sinistrum.

Dies boni ac mali profectionis annue Solis.

- 7. Septembris, Sol ad trinum Saturni dextrum.
- 20. Martij, Sol ad trinum Mercurij sinistrum.
- 27. Maij, Sol ad quadratũ Iouis dextrum.

Dies boni ac mali profectiois annuæ Lunæ.

10. Septembris Luna ad diametrũ Solis.
 3. Nouembris Luna ad trinum Martis
 sinistrum.
 1. Ianuarij Luna ad trinum veneris si-
 nistrum.
 12. Ianuarij Luna ad diametrũ Mercurij.

Dies boni ac mali profectiois annuæ Saturni.

22. Augusti Saturnus ad trinum Martis
 dextrum.
 3. Martij Saturnus ad corpus veneris.
 4. Martij Saturnus ad sextilem Mercu-
 rij dextrum.
 7. Aprilis Saturnus ad trinum Lunæ
 dextrum.
 7. Maij Saturnus ad trinũ Iouis dextrũ.

Dies boni ac mali profectiois annuæ medijs cæli.

1. Nouembris culmen cæli ad quadra-
 tum Lunæ dextrum.
 24. Decēbris culmẽ cæli ad corpus Solis.
 18. Martij culmen cæli ad sextilem Mar-
 tis dextrum.

Eodem modo reliquorũ significatorum
 dies & menses per profectioes eliciendæ
 sunt. Satis sit nos horum annotasse annuas
 loco exempli profectioes.

De

De transitu planetarum.

Postquam declarauimus tempora particularia profectio-
num, porrò ad specialium temporum inuentionem etiam vtiliter adhiberi possunt transitus planetarum, quorum vis etiam euidentis est.

Et si autem possent plures transitus numerari, tamen tres præcipuam habent vim & autoritatem.

1. Planetarum singulorum super gradum Horoscopi.

2. Transitus solis per loca singulorum planetarum, atque etiam mediij cæli, partis fortunæ, & Horoscopi.

3. Domini Horoscopi per eadem loca. Tot transitus vim & effectum euidentem habent. Dicuntur autem transire loca planetæ, non tantum cum corpore in illis presentes sunt, sed etiã cum aspectibus suis siue beneficis, siue inimicis loca ista tangunt.

De supputatione transituum non opus est regulam, tradere cum facillimum cuiuis sit eos ex Ephemeridibus numerare.

Vsus eorum præcipuus est is, qui profectio-
num, vt videlicet coniungantur cum directionibus pro inueniendo mense & die euenturicæ casus.

Si bona fuerit directio, etiam boni seu fœlices dies, per transitus inuenti, ad directionem adsumantur, & eorum planetarum vel locorum potissimum quorum est directio.

Similiter si mala fuerit directio, mali eligantur, &c. Quòd si plures dies fœlices aut infœlices, ab iisdem planetis quorum est directio significantur, assumantur ad eas illi transitus, qui vel in bonam vel in malã partem plus efficaciam & virium habent, vt coniunctio plus valet quàm sextilem, aut trigonum, diametrum, quàm quadratum. Sic sinister aspectus efficacior est dextro. Atque hoc modo transitus cum directionibus & profectionibus coniuncti vsum suũ in mensibus & diebus accidentium determinandis habent. Res ob facilitatem exemplis nullis eget.

*Significatorem quemlibet in themate
reuolutionis annuæ artificiali-
ter dirigere.*

SI singulis diebus anni prædicere volueris quid nato sydera polliceantur, operare, vt infra.

Numera in reuolutione annua distãtiam
quæ

quæ erit inter significatorem & promisso-
rem. Nam si distantia grad. ac min. signiferi
quæ fuerit inter significatorem ac promisso-
rem, siue interstitium, quod est a principio
signi progressionis annuæ ad hostiles vsque
maleficarum stellarum radios locum uti-
que suspectum reperiatur in area eiusdem,
illico ð regione illius interstitij sinistrorsum
reperies diẽ futuri illius accidentis. Verum
si huiuscemodi interuallum non reperire-
tur ad vnguem, numerum eius minorẽ pro-
ximiorẽ in tabula compertum, subducito
ex numero tuæ intercapedinis, seu distantie
proposito, & productum ex subtractione,
perquirito in area tabulæ progressionis ho-
rarum, & sinistrorsum in prima linea offe-
rent se horæ, aut horarum fractiones, in qui-
bus post diem prius inuentam qualis
rerum euentus nato futurus sit
prædicere poteris, erecto
cælesti themate.

* * *

Tabula

DE NATIVITATVM

Tabula directionum ad singulos dies anni.

Dies.	Gra.	Min.	2.	Dies.	Gra.	Min.	2.
1	0	59	10	34	33	32	5
2	1	58	21	35	34	31	15
3	2	57	32	36	35	30	26
4	3	56	43	37	36	29	37
5	4	55	54	38	37	28	48
6	5	55	4	39	38	27	58
7	6	54	15	40	39	27	9
8	7	53	26	41	40	26	19
9	8	52	37	42	41	25	30
10	9	51	47	43	42	24	41
11	10	50	58	44	43	23	52
12	11	50	9	45	44	23	3
13	12	49	19	46	45	22	13
14	13	48	30	47	46	21	24
15	14	47	41	48	47	20	35
16	15	46	52	49	48	19	46
17	16	46	2	50	49	18	56
18	17	45	13	51	50	18	7
19	18	44	24	52	51	17	18
20	19	43	35	53	52	16	28
21	20	42	45	54	53	15	39
22	21	41	56	55	54	14	49
23	22	41	7	56	55	14	0
24	23	40	17	57	56	13	11
25	24	39	28	58	57	12	22
26	25	38	39	59	58	11	33
27	26	37	50	60	59	10	44
28	27	37	0	61	60	9	54
29	28	36	11	62	61	9	5
30	29	35	22	63	62	8	16
31	30	34	33	64	63	7	26
32	31	33	43	65	64	6	37
33	32	32	54	66	65	5	48

Tabula directionum ad singulos dies anni.

Dies.	Gra.	Min.	2.	Dies.	Gra.	Min.	2.
67	66	4	59	100	98	37	55
68	67	4	10	101	99	37	4
69	68	3	20	102	100	36	15
70	69	2	31	103	101	35	26
71	70	1	41	104	102	34	36
72	71	0	52	105	103	33	47
73	72	0	3	106	104	32	58
74	72	59	14	107	105	32	8
75	73	58	24	108	106	31	19
76	74	57	35	109	107	30	30
77	75	56	46	110	108	29	41
78	76	55	57	111	109	28	52
79	77	55	7	112	110	28	2
80	78	54	18	113	111	27	13
81	79	53	29	114	112	26	24
82	80	52	40	115	113	25	35
83	81	51	50	116	114	24	45
84	82	51	1	117	115	23	56
85	83	50	12	118	116	23	7
86	84	49	23	119	117	22	17
87	85	48	33	120	118	21	28
88	86	47	44	121	119	20	39
89	87	46	55	122	120	19	50
90	88	46	6	123	121	19	0
91	89	45	16	124	122	18	11
92	90	44	27	125	123	17	22
93	91	43	38	126	124	16	33
94	92	42	49	127	125	15	43
95	93	42	0	128	126	14	54
96	94	41	10	129	127	14	5
97	95	40	21	130	128	13	15
98	96	39	32	131	129	12	26
99	97	38	43	132	130	11	37

DE NATIVITATVM

Tabula directionum ad singulos dies anni.

Dies.	Gra.	Min.	2.		Dies.	Gra.	Min.	2.
133	131	10	48		166	163	43	42
134	132	9	58		167	164	42	53
135	133	9	9		168	165	42	4
136	134	8	19		169	166	41	14
137	135	7	30		170	167	40	25
138	136	6	41		171	168	39	36
139	137	5	52		172	169	38	46
140	138	5	3		173	170	37	57
141	139	4	13		174	171	37	8
142	140	3	24		175	172	36	19
143	141	2	35		176	173	35	30
144	142	1	46		177	174	34	40
145	143	0	56		178	175	33	51
146	144	0	7		179	176	33	2
147	144	59	18		180	177	32	12
148	145	58	28		181	178	31	23
149	146	57	39		182	179	30	34
150	147	56	49		183	180	29	45
151	148	56	0		184	181	28	55
152	149	55	11		185	182	28	6
153	150	54	22		186	183	27	17
154	151	53	33		187	184	26	28
155	152	52	44		188	185	25	38
156	153	51	54		189	186	24	49
157	154	51	5		190	187	24	0
158	155	50	15		191	188	23	10
159	156	49	26		192	189	22	21
160	157	48	37		193	190	21	32
161	158	47	48		194	191	20	43
162	159	46	59		195	192	19	53
163	160	46	10		196	193	19	4
164	161	45	21		197	194	18	15
165	162	44	32		198	195	17	26

Tabula directionum ad singulos dies anni.

Dies.	Gra.	Min.	2.	Dies.	Gra.	Min.	2.
199	196	16	36	232	228	49	30
200	197	15	47	233	229	48	41
201	198	14	58	234	230	47	52
202	199	14	8	235	231	47	3
203	200	13	19	236	232	46	13
204	201	12	30	237	233	45	24
205	202	11	41	238	234	44	35
206	203	10	52	239	235	43	46
207	204	10	2	240	236	42	56
208	205	9	13	241	237	42	7
209	206	8	24	242	238	41	18
210	207	7	35	243	239	40	28
211	208	6	45	244	240	39	39
212	209	5	56	245	241	38	49
213	210	5	7	246	242	38	0
214	211	4	17	247	243	37	11
215	212	3	28	248	244	36	22
216	213	2	39	249	245	35	33
217	214	1	50	250	246	34	44
218	215	1	0	251	247	33	54
219	216	0	11	252	248	33	5
220	216	59	22	253	249	32	15
221	217	58	33	254	250	31	26
222	218	57	43	255	251	30	37
223	219	56	54	256	252	29	48
224	220	56	5	257	253	28	59
225	221	55	15	258	254	28	10
226	222	54	26	259	255	27	21
227	223	53	37	260	256	26	32
228	224	52	48	261	257	25	42
229	225	51	58	262	258	24	53
230	226	51	9	263	259	24	4
231	227	50	19	264	260	23	14

DE NATIVITATVM

Tabula directionum ad singulos dies anni.

Dies.	Gra.	Min.	2.		Dies.	Gra.	Min.	2.
265	261	21	25		298	293	55	19
266	262	21	36		299	294	54	30
267	263	20	46		300	295	53	41
268	264	19	57		301	296	52	52
269	265	19	8		302	297	52	2
270	266	18	19		303	298	51	13
271	267	17	30		304	299	50	24
272	268	16	40		305	300	49	35
273	269	15	51		306	301	48	45
274	270	15	2		307	302	47	56
275	271	14	12		308	303	47	7
276	272	13	23		309	304	46	17
277	273	12	34		310	305	45	28
278	274	11	45		311	306	44	39
279	275	10	55		312	307	43	50
280	276	10	6		313	308	43	0
281	277	9	17		314	309	42	11
282	278	8	28		315	310	41	22
283	279	7	38		316	311	40	33
284	280	6	49		317	312	39	43
285	281	6	0		318	313	38	54
286	282	5	10		319	314	38	5
287	283	4	21		320	315	37	15
288	284	3	32		321	316	36	26
289	285	2	43		322	317	35	37
290	286	1	53		323	318	34	48
291	287	1	4		324	319	33	58
292	288	0	15		325	320	33	9
293	288	59	26		326	321	32	19
294	289	58	36		327	322	31	30
295	290	57	47		328	323	30	41
296	291	56	58		329	324	29	52
297	292	56	8		330	325	29	3

Tabula

Tabula directionum ad singulos dies anni.

Dies.	Gra.	Min.	2.	Dies.	Gra.	Min.	2.
331	326	28	13	349	344	13	26
332	327	27	24	350	345	12	37
333	328	26	35	351	346	11	48
334	329	25	46	352	347	10	10
335	330	24	56	353	348	10	10
336	331	24	7	354	349	9	21
337	332	23	18	355	350	8	32
338	333	22	28	356	351	7	42
339	334	21	39	357	352	6	52
340	335	20	49	358	353	6	2
341	336	20	0	359	354	5	13
342	337	19	11	360	355	4	23
343	338	18	22	361	356	3	33
344	339	17	33	362	357	2	44
345	340	16	44	363	358	1	54
346	341	15	54	364	359	1	4
347	342	15	5	365	360	0	15
348	343	14	15				

Tabula directionum in horis & minutis.

Hor.	Gra.	Min.	s.	Hor.	Gra.	Min.	s.
1	0	2	40	13	0	34	42
2	0	5	20	14	0	37	22
3	0	8	0	15	0	40	3
4	0	10	41	16	0	42	43
5	0	13	21	17	0	45	23
6	0	16	1	18	0	48	3
7	0	18	41	19	0	50	43
8	0	21	21	20	0	53	23
9	0	24	1	21	0	56	4
10	0	26	42	22	0	58	44
11	0	29	22	23	1	1	24
12	0	32	2	24	1	4	4

T

DE NATIVITATVM

Annorum per dies distributio.

Dies etiam totius anni planetis singulis diuiduntur à quibus ægritudines, imbecillitates, lucra, damna, dolores, & gaudia proueniunt: nam quum beneuolæ stellæ dies acceperint, ab omni malo liberamur. Quum vero maleuolæ tunc nos repentini infortuniorum casus impugnant. Hospitator ergo siue dominus signi ad quod deuoluta fuerit progressio ab horoscopo primos sibi vendicat dies: post ipsum cæteri prout sunt singuli in natalis themate constituti, inquit Firmicus cap. 29. lib. 2. Sed secundum iudicium meum debemus accipere distributiones annuas à domino anni, post ipsum cæteris planetis diuidere annum, prout sunt singuli in annuæ conuersionis schemate collocati secundum signorum consequentiã. In hoc dierum spacio omnia quæ nobis obueniunt inuenire possumus: perspecta prius locorum ac signorum qualitate: Nam si bene collocata fuerit stella quæ moderabitur illos dies nati & sit beneuola: omnia bona decernit, sin maleuola & male collocata, nato infortunia pro locorum qualitate præstabit. Quot igitur dies quisque
planeta

planeta fortiatur ista pagella docet quæ modo subsequitur.

	h	4	♂	☀	♀	♃	☾
Dies.	85	30	36	53	33	57	71

Duodenarias planetarum & domorum inuestigare.

A Spice quantum ambulauerit planeta in signo suo in quocunque fuerit, aut gradus domus quem volueris ex gradibus & minutis: multiplicabisque hoc in 12. post hoc addes desuper ipsos gradus, atq; minuta, quæ multiplicasti in 12. & quod collectum fuerit, ex eo proiice ab initio gradus eiusdem signi: dans vnicuique signo 30. grad. & vbi fuerit finitus numerus, ibi erit duodenaria planetarum ac domorum.

ANNOTATIONES.

Q Vando aliquis planeta in revolutione peruenerit ad locum suum radicis: accipies significationes à tribus partibus.

Vna est à naturis ipsorum planetarum.

Alia est à significationibus aspectuū planetarum, & commixtionum suarum. Et quando applicat fortuna in reuolutione ad locum in quo fuit fortuna in radice, tunc adiuuat fortunam. Et quando infortuna applicat ad locum fortunæ damnat significationem eius. Et quando fortuna applicuerit ad locum infortunæ, meliorat significationem eius. Et quando infortuna applicuerit ad locum infortunæ, significat damnum: & hoc totum secundum naturas & proprietates eorum proprias quas significauerint in radice, & reuolutione.

Tertia est vt aspicias locum in quo fuit planeta in radice: & si in reuolutione applicuit ad alium planetam in eodem loco: pone domum primi planetæ tanquam ascendens, & aspice vbi cadunt domus alterius planetæ, qui applicuit ad locum eius: & iudica secundum naturas domorum significationes ipsarum.

Verbigratia, Iupiter erat in radice natiuitatis in aliquo signo, siue domo sua, siue in domo alterius: & in reuolutione alicuius anni applicuit Venus ad eūdemmet locum in quo fuit Iupiter in radice: vnde ponemus

mus quamlibet duarum domorum Iouis sicut ascendens: & aspiciemus postea vbi cadent ambæ domus Veneris à duabus domibus Iouis vnaquaque scilicet ab altera: igitur posui Taurum sextum à Sagittario, ex quo iudicauit in infirmitatibus: & quia Libra est eius vndecima, iudicauit similiter in amicis & sociis: & quia ambo sunt fortunæ, iudicauit quòd euadet ab infirmitatibus, & habebit fortunam in seruis amicis, & sociis.

Postmodum posui Pisces sicut ascendens, & quia Taurus est eius tertium, iudicauit in itineribus. Et quia Libra est octaua eius, iudicauit in exequiis mortuorum, & morte: vnde iudicauit quòd faciet itinera & erit fortunatus in eis: & habebit lucra, & quòd eis assimilatur, & morietur aliquis ex adherentibus ei. Et hoc modo aspicias in omnibus planetis: & iudicabis secundum hanc viam.

Et si Iupiter fuisset ille qui applicuisset ad locum Veneris posuissemus domos Veneris loco ascendentis: sicut fecimus de domibus Iouis: & vidissemus vbi cecidissent domus Iouis ab vnaquaque domorum Veneris: & iudicassemus secundum hunc modum. Vnde propter applicationem Veneris ad locum Iouis habuimus significationes

infirmittatis & mortis: & à naturis ambo-
rum, quia fortunæ sunt, habuimus significa-
tiones fanandi ab infirmitate: & habēdi for-
tunam & lucrum in bonis mortuorum.

Aspice similiter in hoc quādo venus fue-
rit fortior, & dominabilior in anno: quia Iu-
piter debet ponere domos suas sicut Ascen-
dens, & aspice tunc vbi cadit in eis domus
Iouis: & iudica secundum illud.

Et quando Sol quolibet anno reuertitur
ad suummet locum: ponemus domū suam
sicut Ascendens: & aspiciemus quomodo
signum eius veniet ad illam suam do-
mum: & iudicabimus secundum
hoc in reuolutione bo-
num, si fuerit bene
affectus.





QVOMODO IN GENERE
*iudicandum sit ex positu stellarum
 in mundo, et themate reuolu-
 tionis tempore, de iis qua
 nato eo anno euen-
 tura sint.*

P R A E F A T I O.



QVAM solus Deus
 in sua potestate sibi tempo- Act. 1.
 ra & momenta (vt veritas
 ipsa testatur) reseruauerit:
 prescius quoque futurorum
 solus ipse, ac nemo omnium in hoc sit mun-
 do constitutus: qui diem possit crastinum
 polliceri: & in eadem certum quid futurum
 fore praedicere. Nihilominus tamen idem
 ipse ac optimus Deus sua liberalissima bo- 1. Cor. 12
 nitate plurima in creaturas suas transfudit
 dona: quibus ea quae futura, ac procul sunt
 videre, & praescire permittit: praescire in-

P R A E F A T I O.

quam non certo penitus, sed vt Deus ipse voluit coniecturali quodam, ac discursiuo iudicio. Sic aues cātu & volatu aliáque animalia aliis modis tempora, ipsorum dispositiones, ac alia similia priusquam fiant prænuntiant. Sic Sol sero rubens mane serenitatem auræ indicat. Mane verò si rubet, vespertinas pluuias insinuat: quæ omnia per naturam rebus ipsis ex ordine à Deo inditam fieri videmus: nec desunt auctores qui de huiusmodi naturalibus ad plenum scripsere. Nec obstabit dictum Arist. qui ait, de futuris contingentibus non est determinata veritas: quoniam & idem Arist. ait quòd omne futurum de necessitate veniet. Si veniet de necessitate aut etiam aliunde oportebit eius causam præcedere: vt Plato voluit. Hanc autem causam præcisam, & determinatam conditor ipse rerum omnium Deus solus perfectè nouit. Dedit tamen homini rationem intellectum & potentiam discursiuam: quibus ex præteritis futura coniecturare posset. Dedit & scientiam & cognitionem astrorum: quibus plures effectus ad quos astra inclinant adhuc futuros prædicere valent. Et vt complectar rem particularius: Deus dedit homini triplicem futura prædi

Matt. 16

Vide Ephemeres Antonij Mizaldi,

prædicendi viam: quas vel singulas, vel aliquas homo studiosus indagare, vel assequi facile poterit.

Prima via quæ omnium est communior consistit in longa vita: qua per longam experientiam rerum omnium magistram ex dudum præteritis per similitudinem, & coniecturâ futura prædicere homo potest: hanc sciendi viam habent senes.

Secunda via ex astris seu scientia astrorum facile habetur à Ptolomeo dicente: quòd causas rerum rimaturis primò cælestia contemplanda sunt corpora: mundus enim iste continuis est lationibus superioribus, vt Arist. primo Meth. ait vt omnis virtus eius id est mundi, inde scilicet à cælestibus gubernetur. Et iterum Ptolomeus. Homines per astra moribus & virtutibus informantur: quãdam enim inclinationem astra ipsa præstant corporibus humanis: necessitatem verò prorsus nullam. Vnde homines eorum inclinationes præcauere possunt, vel mitigare ratione, & consilio. Nota.

Tertia est via reuelationum. Nam & si solus pater futurorum scientiam in sua posuit potestate, tamen nonnullis ea reuelare dignatus est vel in spiritu: vel in visione, &

T S

quasi in enigmate, vel per Angelos palam missos: ac aliis quibusdam occultis modis, quæ futura sunt certis hominibus ingerit, ut futura vere prænuncient. Sic in veteri testamento prophetæ futura prophetarunt: cuius infinita sunt exempla. Ac postremo in hoc nostri tēporis nouo testamento sanctissimo Ioanni dum super pectus domini recumberet secreta Dei in fine seculi ventura reuelata sunt. Igitur ex prædictis tribus viis futura sciendi primam & secundam viam amplector: cum Astrologia sit vna de septem artibus liberalibus, & sit verè sciētia, neque de se mala, aut prohibita, secundum Panor- mi. in cap. ex timore. de sorti. Vnde & iura præmiant has scientias exercentes. l. j. ff. de var. & extraor. cogn. vnde si quis dicat corpora cælestia, & constellationes inclinare homines quandoque ad vitia, quandoque ad virtutes, non errat: dum modo non credat homines cogi, quia voluntas, quæ est principium humanarum operationum, non subiicitur cælo, ut S. Thom. in pluribus locis dicit. Iudicare etiam de infirmitatibus, sanitatibus, & aliis, quæ ex cælesti influenza procedere possunt, bonis Astrologis permittitur.

DE

Vide. S.
Thom.
j. quæst.
cxv. ar-
tic. 4.

*DE SANITATE ET
infirmirate corporis.*



SPICE in reuolutione anni
ad statum Lunæ: quoniam ipsa
magnam & fortem significa-
tionem habet maximé in esse

Ptolom.
Aphor.
61. cent.

corporis: & eo fortius in reuolutionibus
nocturnis: quia quando fuerit in bono sta-
tu, significat bonum: & in malo malum.
Abenragelis sententia cap. 12. par. 6.

Si fuerit Ascendens reuolutionis locus
Lunæ radicis, & salua à malis, prædic nato
corporis prosperam valetudinem.

De sani-
tate.

Si profectio horoscopi venerit ad locum
in quo fuerat Luna in radice, & fuerit Luna
in ipso eodem signo in reuolutione, vel ibi
aspexerit, & fuerit ab infortuniis libera sal-
uationem corporis significat.

Profectio horoscopi ad locum capitis
Draconis, & Iupiter ibidem, vel eum aspe-
xerit significat corporis sanitatem.

Dominus horoscopi reuolutionis fortu-
natus, & in suo domicilio, indicat eum cu-
ius fuerit conuersio inuenturum bonam va-
letu

letudinem. Sed si fuerit in horoscopo, erit valens corpore.

Dominus horoscopi radice si bene aspiciatur in reuolutione, sanitatem largitur.

Dominus anni bene affectus, & in aliquo signo in quo habeat aliquam dignitatem si fuerit: significat sanitatem corporis.

Quando dominus anni fuerit infortuna, in themate autem natalis foeliciter collocatus, & orientalis: praesertim si maleuolae stellae gradum diuisionis non commaculerint, & Luna & horoscopus conuersionis annuae, & eorum domini fuerint salui ab infortuniis, natus illo anno sanitatem laetabitur.

Boni planetae in horoscopo reuolutionis, significant corporis sanitatem.

Et haec dicta sunt, quando loca hilegialia per directionem in natiuitate non uenerint ad stellas maleficas, siue calamitosas per corpus, siue per quadratum, oppositionem, & Antiscia.

Luna male disposita in reuolutione significat labores, & tristitiam, atque melancholiam nato: & hoc in illa medietate anni in qua medietate figurae reuolutio ipsa inuenta fuerit, ut si in 4. 5. 6. 10. 11. vel 12. domo Lu-
na

De infirmitate.

na malè disposita fuerit reperta, erit hoc in prima medietate huius reuolutionis. In reliquis domibus, erit in secunda medietate huius reuolutionis.

Si infortuna infortunauerit Lunam, maximè si dominus anni fuerit in malo loco sicut in domo infirmitatis, significat laborem & magnam infirmitatem.

Si Luna fuerit in radice infortunata, & applicuerit ad locum infortunij radicis: idque efficacius erit si hæc applicatio fuerit in ascendente radicis, aut in sexta, vel duodecima reuolutionis, significat laborem, & magnam infirmitatem.

Luna & Mercurius si in reuolutione se mutuo non aspexerint nec eorum alter ascendens, & fuerint infortunati à Saturno vel Marte existentibus in Cancro, Virgine, vel Piscibus, eo anno natus ex aduersa valetudine sensum amittet.

Luna infortunata in reuolutione, & dominus anni in malo loco figuræ maximè in sexta domo, significat illo anno laboriosam vitam aut aduersam valetudinem nato.

Luna infortunata in radice & in reuolutione fuerit in locum Saturni, vel Martis radicis in prima, sexta, vel duodecima reuolutio

lutionis, significat illo anno aduersam valetudinem.

Luna in reuolutione in loco in quo fuit Saturnus in radice, significat concubitum eius cum vetula, vel ægritudinem eius ex causa frigida.

Luna cum cauda, significat humorum corruptionem, & malignitatem.

Luna cum capite, significat augmentum humorum.

Luna cum Ioue & Venere, vel cum Marte, significat humorum inflammationem.

Luna infortunata, coniuncta, vel opposita planetæ existenti in sexta domo, dabit membro illi domui subiecto infirmitatem vel discrasiam.

Saturnus, vel Mars si fuerit dominus anni, fueritque in reuolutione in horoscopo non tamen in quibus signis habet iura domini: & fuerit in genitura in horoscopo, vel in eius quadrato, vel oppositione, natus graui ægrotatione cruciabitur.

Saturnus in Ascendente reuolutionis, significat ægrotationem de sui natura.

Saturnus & Mars si testimonium habuerint in reuolutione, & viderint se quadrato, vel oppositione, significant ægritudinem

me

melancholicam, turbationem, vel damnum.

Saturnus si fuerit dominus anni, & læserit Diuisorem, vel Ascēdentem radiceis, vel reuolutionis, & præsertim Lunam, significat flegmaticos, & melancholicos humores, & catharrum: præsertim circa inferiores corporis partes, si Saturnus fuerit in Sagittario, Capricorno, Aquario, vel Piscibus.

Saturnus dominus anni, ac dominus profectiois Lunæ, decernit passiones melancholicas.

Saturnus si fuerit Diuisor, & ipse fuerit in malo loco, aut infortunatus, significat infirmitates ex frigiditate, & humiditate, & abū dātia phlegmatis, & humores crudos, phthises, & longas infirmitates, & chronicas.

Iupiter si fuerit in radice in sexta domo in Geminis, vel Tauro aut aliquo signo mobili, & Venus in aliquo anno applicuerit ad illud signum in quo fuit Iupiter, dabit nato dolorem in gutture, spacio dierum. 8. vel 12. aut totidem horis, aut 20. ad summum.

Mars si fuerit dominus anni, fueritque in reuolutione in horoscopo non in domicilio, vel regno suo, & fuerit in radice in horoscopo, vel in eius quadrato, vel opposito, significat febrem tertianam, siue adustam

stam & collicicam.

Mars in reuolutione si maculat locum Veneris radice, significat quòd ex nimia cōmestione, vel coitu, natus incurret ægritudinem.

Mars & Mercurius cum Cauda, denuntiant alterationem melancholicã cum ventris profluuiio.

Mars si fuerit diuisor, & in malo loco, & non habuerit testimonium, nec aspectum aliquem cum Ioue, significat dolores, & infirmitates natura calidas, vel per cōbustionem, ac febres & effusionem sanguinis per vulnera & percussiones: si natus per natiuitatem fuerit propensus ad vulnera & percussiones.

Sol & Venus si aspexerint Saturnum ex quadrato, vel oppositione, significãt ægritudinem ex humore crasso, & melancholico, vel timeatur mentis conturbatio, præsertim si tunc Luna, aut Mars fuerint infecti.

Venus in quinta domo cum Cauda quadrato Saturni sauciata, aliquando Venere hebetabit, & gonorrhœam forsitan prouocabit, aut ventris profluuium.

Cauda Draconis in Ascendente reuolutionis, significat melancholiam.

Domini

Dominus anni si fuerit in angulo occidentis cum Luna, & dominus signi fuerit in suo casu, vel in opposito domus suæ: infirmitatem minatur.

Dominus anni si fuerit combustus, minatur ægri tudines acutas, at si idem anni Rex fuerit auctus lumine, & numero, diminuit malum & mitescent ægri tudines. Sin fuerit cadens, auget malum.

Dominus anni cum fuerit planeta maleficus, & similiter Diuisor, acciderintq; tam Sol quam Luna tempore reuolutionis sub terra, à beneuolis non inspecti: significant ægri tudinem eius, cuius est reuolutio, & læsionem parentum.

Dominus anni si aspexerit Ascendentem, vel signum profectio nis de oppositione, vel quarta, significat malum in illo anno & corruptionem humorum.

Dominus Ascendentis radice si fuerit maleficus, & postea in reuolutione peruenit ad illud signum Ascēdentis, fueritque anni rex producet dolores, ægri tudines, & tristitias de natura illius signi horoscopātis.

Dominus Ascendentis reuolutionis in sexta domo, significat ægri tudinē corporis.

Dominus Ascendentis radice in reuolu-

tionē quādo à malis aspicitur, significat nato malum, & infirmitatem secundum naturam planetæ qui aspicit, & si Mars aspicit quadrato vel opposito, caue iram Martis.

Dominus ascendentis radicis cum Cauda in reuolutione in opposito Saturni, & Lunæ, vel Martis, minatur alterationē melancholicam, deinde acutam.

Dominus ascendentis radicis si fuerit infortuna, & in reuolutione fuerit in ascendente, fueritque dominus anni, significat illo anno infirmitates, dolores, & tristitias de natura illius signi & planetæ.

Dominus ascendentis reuolutionis in octaua domo, Retrogradus sine auxilio fortunæ, minatur infirmitatem.

Dominus nonæ domus radicis, in sexta reuolutionis propter frequentem loci mutationem, futuram incurret ægritudinem.

Ascendens reuolutionis quando fuerit locus Saturni radicis, & Saturnus in reuolutione aspexerit eum de malo aspectu, vel fuerit ipse ibidem, significat febres cum tremore, vel quartanas si fuerit angularis: Et si Mars eum aspexerit, incidet natus de vna febre in aliam, & si fortunæ viderint eum, liberabitur medicinis.

Ascen

Ascendens reuolutionis ad locum Martis deuolutum radice si mali aspexerint, significat febres acutas.

Ascendens reuolutionis si fuerit locus Solis radice, & fuerit infortunatus, significat aduersas valetudines.

In Ascendente radice si fuerit maleficus planeta, & peruenerit annus vsque ad illum, & contingat horoscopus anni esse illud signum, & inspiciatur à malefico maligno aspectu: quamuis reliqui planetæ sint fortunati: nihilominus anno illo sustinebit damna, & ægrotudines, secundum malefici planetæ naturam. Si verò hic maleficus planeta, vt dictum est supra sic se habet, & infortunauerit dominum anni, vel dominum ascendentis, verendum erit ne natus moriatur.

Si signum annuæ cõuersionis sit sextum radice, & aspiciant illud maleuoli nullo inspiciente benefico, minatur morbum, grauémque ægrotationem.

Si signum profectiois fuerit signũ duodecimæ domus radice, & ipsum aspexerit infortunium sine aspectu fortunæ, infirmitatem significat.

Si gradus diuisionis fuerit terminus ma-

leficarum, significat indigentiam, & labores, aut corporis discrasiam, nisi dominus signi diuisionis, & anni, atque Luna fuerint in bonis locis.

Quando gradus diuisionis, siue partitionis, & Diuisor in vtroque schemate fuerint infortunati, & Luna commaculata: & benefica non aspexerint foelicibus radiis horoscopum vtriusque thematis, neque luminaria, atq; Diuisorem, sed infortunantes aspexerint hostilibus radiis, vitæ abscissionem portendunt, aut perniciosam ægrotationem ingeret illo anno.

Profectio Oriētis si peruenerit ad locum in quo fuit Saturnus in themate natalitio, & in reuolutione fuerit in quadrato, vel oppositione illius profectiois, dabit nato ex humore melancholico aduersas valetudines, siue febres cum tremore, vt pote quartanam, vel tertianam: & præsertim si Saturnus fuerit in aliquo angulorum, vel succedentium. Et si Mars illum profectiois locum aspexerit hostilibus radiis, adiiciet in malitia, & mutabit de vna valetudine aduersam in aliam. Si benefica aspexerit foelici intuitu, natus conualescet, & proderunt sibi medicinæ in illa valetudine.

Si pro

Si profectio horoscopi venerit ad signū in quo fuerat Mars in radice, & fuerit Mars in ipso eodémque signo, vel in aspectu eius quarto, vel opposito, significat magnum metum, percussiones, aut febrem acutissimam, quæ erit ex causa calida.

Si profectio horoscopi venerit ad signū in quo fuerat Sol in radice, & fuerit infortunatus in radice, vel in reuolutione, significat quòd natus ægrotabit infirmitatem calidam & siccam.

Si profectio horoscopi venerit ad locum in quo fuerat Luna in radice, & fuerit Luna in ipso signo in reuolutione, vel ibi aspexerit, & non fuerit ab infortuniis libera, significat corporis infirmitatem.

Profectio horoscopi ad locum caudæ Draconis, minatur ægrotudines cum ventris profluuio.

Si profectio horoscopi fuerit signū sextæ, vel duodecimæ radice, & ipsum signum aspexerit aliqua infortuna malo aspectu: infirmitatem significat.

Profectio Saturni cum accesserit ad conjunctionem, aut oppositionem, quadratamve configurationem, ipsius in genesi, minatur morbum frigidum, & humidum, abun-

dantiam flegmantis, atq; bilis importunitatem: præsertim si profectio hæc inciderit in genesi in sextam, septimam, octauam, aut duodecimam domum.

Vide Pto
lo. Aph.
24. Cæt.

Si eclipsatus fuerit Sol, vel Luna in ascendente reuolutionis vel in medio cæli, vel in gradu signi diuisionis, & fuerint eorum domini in signo Eclipsis, significat sollicitudines, & anxietates & ægritudines.

Quando apparuerit aliquis de Cometis in ascendente natiuitatis, vel in signo profectiois, vel in ascendente reuolutionis, vel in signo in quo peruenit diuisio, vel in ipsis terminis diuisionis, vel cum dominis huiusmodi locorum: hi, quorū est reuolutio ægrotabunt, & laborabunt & contristabuntur.

De Mor
te.

Si Diuisor fuerit beneuolus, fueritque secundum reuolutionem & secundum natiuitatem infortunatus, & à beneuolis non inspectus: accideritque tam Diuisor quàm Luna impediti à malis, dominus anni etiam impeditus, & in sexta vel octaua domo positus, mortem significat.

Si fuerit Saturnus Diuisor, & tam ipse quàm Mars in reuolutione impedierit locum diuisionis, non aspicientibus locum ipsum beneuolis: mortem significant.

Si

Si peruenerit annus ad ascendentem natiuitatis signum vnum, & fuerit Diuisor, & dominus anni maleuoli, & in locis non propriis, fuerintque in reuolutione planetarum figuræ tales, quemadmodum in natiuitatibus eorum qui non nutriuntur: significat desperationem vitæ in illo anno.

De infortunis, ascendentibus, & periculis

SI Iupiter & Venus simul fuerint cum Luna, vel cum domino anni, liberabitur ab omnibus periculis. Sciendum enim erit quòd Iupiter si coniungitur maleuolo, mutat naturam illius ad bonum, & si coniungitur beneuolo corporaliter, vel aspectu augmentat eius bonitatem.

Vide
Hermeté Aph.
4.27.32.
Cent. &
Alman.
prop.36.

Caput Draconis in quinta radice & reuolutionis, custodietur natus ab omni periculo malo.

Dominus anni, & Diuisor si fuerint bene positi in natiuitate, & reuolutione: fuerintque fortunati, & fortes: natus liberabitur ab omnibus periculis.

Saturnus si fuerit in horoscopo reuolutionis, significat detriméta corporis, custo-

diam, captiuitatem, & confimilia infortu-
niorum genera.

Saturnus anni Rex sub terra quando fue-
rit cum Marte alligatus, vel Mars peruene-
rit ad locum Saturni radicis, & dominus
horoscopi reuolutionis fuerit in septima
domo, vel sub radiis Solis adustus, & fue-
rint benefici in cadentibus, minantur dam-
na & captiuitatem per totum ferè illum
annum.

Saturnus quando fuerit anni Rex, & re-
dierit ad eum locum quem in genitura ob-
tinebat, ipsumque de opposito respexerit
Sol in reuolutione, damna minatur secun-
dum decreta, & significationem domus in
qua fuerit Saturnus.

Saturnus in Leone si fuerit Retrogra-
dus, ab equo aliquid sinistri sentiet natus.

Iupiter quando fuerit in Capricorno in
reuolutione anni, & commaculetur à Satur-
no, & Sol à Marte, minatur damna, & cor-
ruptionem.

Iupiter si fuerit dominus anni & combu-
stus significat damnum in lege sua, & acci-
dent ei res turpes & malæ.

Mars si fuerit dominus anni, & deuolu-
tus fuerit in profectioe ad locum suum ra-
dicis

dicis: & fuerit in reuolutione anni in aliquo angulo, vel in succedenti domo, & in decano Veneris, indicat anni difficultatem, damna, & metum, & captiuitatem, & à Ducibus atque Principibus detrimenta.

Mars si fuerit solus Diuisor, & fuerit malè affectus deueniet ad inimicorum manus, vel latronum, seu Pyratarum, & cuiuscunque generis pericula subibit, verendúmque erit ne moriatur.

Mars si fuerit dominus anni, & combustus, significat anxietates, rixas, & litigia, & accident nato res turpes, & malæ.

Mars si fuerit in decima domo reuolutionis, præcauendum est à casu ex alto, vel ab equo calcitroso.

Mars in duodecima domo reuolutionis, ex quadrupedibus damnum, vel aliquid sinistri significat.

Sol à quadrato, vel opposito Martis aspectus, caueat ne oculus aliqua ex parte lædatur ex aliquo ictu, aut ne ex alto corruat, nevé ab equo calcitroso aliquid sinistri sentiat natus.

Venus si fuerit domina anni, & combusta, significat damnum causa mulierum: & accident nato res turpes & malæ.

Mercurius si fuerit dominus anni & combustus, accident nato anxietates, tribulationes, aduersitates, & impedimenta in computationibus & mercimoniis.

Luna si fuerit in reuolutione anni sub Cancro, & Sol sub Ariete, & inficiantur à Marte, vel à Saturno, aut vtroque, minatur damna & perniciem.

Luna à quadrato, vel opposito Martis aspectus, caueat ne oculus aliqua ex parte lædatur ex aliquo ictu, aut ne ex alto corruat, ne uè ab æquo calcitroso aliquid finistri sentiat.

Dominus anni si fuerit in natiuitate, & reuolutione in domo sexta malè affectus, infortuniorum genera exaggerabit secundum propriam eius significationem.

Dominus anni si fuerit in radice, & in reuolutione malè affectus & fuerit in reuolutione in aliquo angulo, & intueatur à stella malefica quadrata, vel opposita radiatione, minatur nato infortunia, contrarietates & calamitates illo anno.

Dominus anni si fuerit malè affectus, fueritque in secunda, sexta, octaua, vel duodecima domo non irradiante horoscopum: accidet nato aliqua calamitas occulta, atque

que omnibus incognita.

Dominus anni si fuerit in cardine occi-
duo malè affectus, minatur fugam à patriis
laribus, & casus graues.

Dominus anni si fuerit infortunatus à
planeta infortunante cardinaliter ipsum
absque receptione de quadrato vel opposi-
to, natus habebit pœnas, anxietates, & de-
trimenta plurima. Quando fuerit in ca-
dente, minora, & mitiora aderũt infortunia.

Dominus anni si fuerit peregrinus, vel
retrogradus, infortunatus, & similiter do-
minus ascendentis radicis fuerit retrogra-
dus, vel combustus, & similiter Luna malè
affecta, & Sol cum maleficis alligatus, sine
receptione, natus illo anno se ipsum interfi-
ciet, vel erit causa suæ mortis, vel perpetra-
bit aliquod indignum facinus, per quod oc-
cidetur, vel magnum recipiet damnũ cum
vitæ periculo. Si fortunæ sint cadentes, &
remotæ ab ipso anni rege, & luminibus. Sin
fortunæ aspexerint, euadet cum periculo
vitæ, sed non interficietur.

Dominus anni si aspexerit horoscopum
de quadrato vel oppositione, malum decer-
nit. De sextili, vel trino bonum.

Dominus anni si fuerit maleficus plane-
ta, &

ta, & fuerit in genitura in septimo loco, & in reuolutione Lunam inficiat, quamuis respiciant Lunam benefici planetæ: fueritque maleficus in horoscopo reuolutionis, minatur detrimenta maxima, & multas calamitates.

Dominus anni quando bonus planeta est, & fuerit in horoscopo reuolutionis maleficus, & in septima domo alter maleficus, inficiaturque Luna ab aliquo ipsorum maiorum planetarum: damnum minatur grauissimū ab inimicis, & abscindetur aliquod eius membrum, & de ipsius vita verendum erit, præsertim si horoscopus non aspiciatur à beneuolo.

Dominus anni in cadentibus domiciliis genituræ, & Solis radiis obnoxius, siue oppressus, & in cōuersionis schemate in sexta, octaua, duodecima domo: vel adustus à Sole, & cum Saturno configuratus, portendit nato calamitates morti finitimas.

Dominus anni, & Diuisor quando sunt benefici planetæ: sed sint in malo loco tempore reuolutionis annuæ, vel retrograduntur, estque vnus ex duobus maleficis in horoscopo reuolutionis, vel in medio cœli, indicat anni malignitatem, atque difficultatem, &

tem, & hostium victoriam, & vulnus ex ferro, vel casum ab alto loco, vel equo calcitroso, vel detrimenta.

Dominus anni quando fuerit maleficus planeta, & temporis conuersionis in malo loco tardi motus, vel combustus, & Diuisor, & Luna in loco malo irradiati à maleficis, sitque dominus anni, vel Diuisor in duodecima, vel in sexta cœli statione, detrimenta minantur, & captiuitatem illo anno.

Dominus anni quando beneficis fuerit, tamen malè affectus in genitura & in reuolutione anni, detrimenta minatur, & captiuitatem.

Dominus anni si aspexerit signum profectionis ascendentis de quadrato, vel opposito, est sicut aspiceret eò infortuna, significat enim malum illo anno.

Dominus anni combustus si fuerit & sub radiis Solis, accident illo anno impedimenta, & anxietates, & fortes dolores pro natura illius planetæ, qui fuerit dominus anni commixto cum natura Solis.

Dominus horoscopi reuolutionis si fuerit infortunatus, fueritque inuentus in decima, septima, vel quarta domo, lædetur à cognatis vxoris, & subditis, & à dominis.

Domi

Dominus horoscopi in bono loco, & cum beneficis cōfiguratus, multa aufert ex iis aduersis malis, quæ maleficus obnuntiabat.

Dominus horoscopi reuolutionis in octaua domo, significat vitæ periculum.

Dominus horoscopi reuolutionis à Sole combustus, grauiora nato detrimenta significat.

Dominus horoscopi reuolutionis cum Cauda Draconis, veneni pocula vitanda ostendit.

Quando in horoscopo reuolutionis fuerit maleficus planeta, erit annus valde malus, præcipue si infecerit Lunam, vel anni regem.

Si ex duobus maleficis, alter sit in horoscopo anni, alter verò in genitore horoscopo, insinuat annum fore nato aduersum, & multò difficillimum.

Quando inueneris maleficum in horoscopo reuolutionis, & maleficus in radice commaculauerit horoscopum, vel Lunam, aut cardines, maximum importat detrimentum.

Si planeta maleficus in reuolutione fuerit in quarta domo, continget impedimentum, & periculum in corpore nati.

Quando

Quando malefici respexerint in reuolutione signum profectiois horoscopi, vel Lunã, aut Solem, nullo beneuolo respiciente, magnum portendunt detrimentum, secundum naturã domini anni, & Diuisoris.

Diuisor, & diuisio quando sint malè affecti, & declinãt ab horoscopo anni, indicant obsidiones & casus multos.

Diuisor quando fuerit planeta maleficus, & in genitura reperiat in sexta domo, & in reuolutione inuentus sit in loco malo cum maleuolis, & Luna deprauata, minatur detrimenta, atque calamitates.

Quando horoscopus annuæ conuersionis fuerit signum in quo erat maleficus in genitura, vel in vtrisque sint maleuoli, mutationem loci indicant, vel exilium, atque iacturas fortunarum.

Ascendens reuolutionis ad locum Martis deuolutum radicis, si mali aspexerint, vulnera, metum, litigia, & incendium significat.

Ascendens reuolutionis quando fuerit signum septimæ, sextæ, aut duodecimæ domus radicis, indicat eo anno malum futurum, maximè si hæ domus in radice fuerint infortunatæ.

Ascen

Ascendens reuolutionis quando idem sit cum horoscopo natalitio, sitque vnus duorum luminarium dominus anni, & deficiat, siue Eclipsim patiatur, Saturno ipsum respiciente, minatur damna, & seditionem à communi populo.

Profectio Orientis si peruenerit ad signū in quo fuit Saturnus in radice, & Mars in themate conuersionis quadrata radiatione inficiat horoscopum, minatur detrimenta, iniurias, & penuriam victus.

Profectio Orientis si peruenerit ad signū in quo fuit Mars in radice, & Mars in reuolutione anni aspexerit idem signum de quadrato, vel opposito aspectu: vel fuerit in eodem signo, minatur labores, metum magnum, percussiones, vulnera ex ferro, vel igne, carceres, vel exilium, maximè si fuerit in centris, seu cardinibus, vel in succedentibus: & significat læsionem ab equis.

Profectio Orientis si peruenerit ad signum in quo fuit maleficus planeta in radice: fueritque ille maleficus in horoscopo reuolutionis, detrimenta minatur, & erit natus in periculo magno.

Profectio Orientis si peruenerit ad signū secundæ domus radice: sitque Venus anni
regina

regina, & Saturnus simul fit in quarta domo, & horoscopus reuolutionis fit octauus genituræ locus, minatur captiuitatem, & graua damna.

Profectio Orientis si peruenerit ad signum tertiæ, vel nonæ domus radicis, & fuerit in utroque themate Saturnus, vel Mars, vel aspiciant ipsam domum maligno aspectu, significat detrimenta, captiuitatem, pœnas, & metum à latronibus, & inimicis, atque odium, & iacturas, & fletus & calamitates.

Profectio Orientis si peruenerit ad signum quartæ domus radicis, vel ad signum septimæ domus, ibique fuerit Saturnus, vel hunc locum aspiciat quadrata vel opposita radiatione, verendum erit de morte illius, cuiuserit reuolutio.

Profectio Orientis si peruenerit ad signum sextæ, vel octauæ domus radicis: mala plurima minatur, vt pote rixas causa seruorum, carceres, exilium, & fortunarum iacturas.

Profectio Orientis si peruenerit ad signum duodecimæ domus radicis: fitque dominus ipsius Iupiter, & cum ipso fit Saturnus in eodem signo: & Mars fit in quarta

X

domo, minatur magnum detrimentum, & pericula prope mortem.

Nota.

Notandum ergo erit quod Astrologi possunt recte de supradictis rebus facere iudicium: cum tota virtus quintæ essentiæ virtualiter reperiatur in Luna: ut dicit Hiparcus in libro detrimenti naturæ.] Unde in Luna reperitur virtus omnium planetarum, & aliarum stellarum: quia primum mobile imprimit virtutem suam in octauam spheram: octaua sphaera, in spheram Saturni: Saturnus in spheram Iouis: & sic de aliis usque in Lunam: & hic est tactus cæli: vitius Luna cum omnibus influentiis agit in elementa: elementa alterant complexiones: complexionibus alteratis alterantur animæ quæ in nobis sunt: quia animæ consequuntur corpora: ut dicit Arist. in principio suæ physiognomiae: & istæ influentiæ quas recipit Luna dicuntur influentiæ communes. Recipit autem influentias speciales sicut per aspectus stellarum vel per conjunctiones. Et sic habemus Lunam significatricem esse omnium rerum: quia sanitas illius est sanitas omnis rei, & detrimentum ipsius est detrimentum totius naturæ.

Vide Hermetem.
j. de spe.
& de lu.
Hippocratem j.
progno-
sticorū.

De

De qualitate animi cuiusque nati.

QVum præcognitio sit circa res animi, ideo ne labamur in vitia & errores, dicimus quòd virtus est duplex, vt Arist. habet 2. Ethic. in principio. Alia est intellectiua, alia dicitur actiua, seu moralis. Virtus igitur moralis est duplex, quædam naturalis, quædam propria: hæc distinctio habetur ab eodem philosopho. 6. Ethic. cap. vlt. ultra principium. Propria virtus est quæ dependet immediate à voluntate: & vt definitur ab eodem philosopho in 2. est habitus electiuus in mediocritate consistens eorum quæ circa nos sunt. Sed naturalis virtus est quædam propensio animi, seu inclinatio: vt in 2. Ethic. & 6. habetur, dicit enim Arist. quòd homines non sunt virtuosì à natura, quia mores assuetudine fiunt: sed bene à natura dicimur idonei, vt in 2. habetur. Sumus apti à natura ad suscipiendas has virtutes: quia in 6. dicit quòd omnibus & singulis ex moribus quædam à natura videntur: quia esse iustum, prudentem, castum, & huiusmodi nos statim ab ortu habemus hanc pronitatem. Bene verum est quòd ex quo in naturalibus nō meremur, neque demeremur, non dicimur virtuosì per istas in-

Quomodo obseruatus est Mercurius pro parte intellectiua, & Luna obseruata pro parte naturali.

clinationes, sed per habitum virtutis dicimur virtuosi. Nos ergo non de virtute propriè agimus dicta, sed de naturali virtute, cùm Luna & Mercurius habeant hanc dispositionem, vt ille regat virtutem imaginatiuam, hæc appetitiuam. Quamobrem locum Mercurij & Lunæ in omnibus affectibus animi considerare oportet. Nam Luna dominium habet in cerebro, & significat illas vires, quæ magis à sensibus dependent: & spiritus cerebri siue animalis Mercurio subiicitur. Quando igitur Mercurius & Luna fuerint bene positi, natus vincet partem sensitiuam, & omnes affectiones animi.

Quando Mercurius fuerit fortunatus, anima rationalis vincet sensitiuam. Sed quando erit infortunatus, anima sensitua vincet rationalem, cum Mercurius ingenio & ratione præsit, Luna moribus & sensibus.

Luna si fuerit infortunata, anima sensitua imperabit rationali.

Mercurius si fuerit robustior Luna, anima rationalis vincet sensitiuam: & maxime si Mercurius fuerit in signis longarum ascensionum, & Luna in signis breuium.

Si Mercurius fuerit in signis imperantibus, Luna in obedientibus, tunc enim rationalis

tionalis anima sensibili imperabit: contrariis causis sensibilis imperabit rationali.

Mercurius retrogradus, ingenij tarditatem præstat.

Mercurius combustus à Sole, studia disciplinarum negat: eloquentiam, & historiarum cognitionem non prohibet.

Mercurius si fuerit infortunatus, natus habebit ingenium obtusum, segne, & turbulentum. Ita quòd natus nesciet sibi ipsi consulere: quoniam Mercurius perturbat memoriam, intellectum, & cerebrum.

Mercurius si fuerit in angulis & præcipue in horoscopo, sexta, & duodecima domo, significat subtilitatem ingenij & eius acuitatem.

Mercurius si fuerit in domo Saturni, vel in eius trino, vel sextili, vel habeat aspectum cum Saturno, dat perfectam intelligentiam & tantam capacitatem intellectus, vt omnis natus huiusmodi possit percipere occulta naturæ, & facere actiones suas cum magna prudentia & consilio: & habebit natus pronitatem ad indagacionem naturalis philosophiæ.

Mercurius si fuerit concors cum Ioue, natus operam impendet sacris literis, & le-

gibus, & habebit animam ad religionem inclinatam.

Mercurius si habuerit conuenientiam cum Marte per aspectum, vel fuerit in iurisdictione Martis, habebit natus facilem dispositionem ad mathematicas disciplinas.

Mercurius si habuerit conuenientiã cum Venere, disponet animum nati ad eloquentiam, ad poësim, & ornatum linguæ.

Mercurius si reperitur cum Sole, dummodo non sit combustus, vel saltem sit in domo, & occidentalis ab eo, hæc constellatio reddit hominem propensum ad Astrologiam.

Mercurius & Luna si inter se habuerint configurationem de trino, vel sextili, significant bonitatem & subtilitatem ingenij, & discursus. Sed si fuerit aspectus hostilis, significant quandam discordiam, nunc conuertuntur ad hoc, nunc ad illud & possunt omnes nati omnia adipisci: sed habent illam difficultatem, quòd modo ad hoc, modo ad illud conuertuntur.

Mercurij applicatio varia ad planetas, diuersimodè animum variat: iam obtundendo, iam acuendo, & corroborando mirificè ingenium.

Profe

Profectio Orientis ad locum Mercurij radicis: & Mercurius habuerit cum Ioue aliquam commixtionem, aut Venus, & se aspexerint in reuolutione, significat ingenij perspicacis solertiam, subtilitatem, atque rerum altissimarum speculationem.

Venus cū Mercurio in reuolutione anni, eloquentiorem solito reddit natum.

Ascendens reuolutionis ad locum radicis Mercurij, significat acuitatem intellectus & sensuum, & inde bonum.

Si Luna habuerit conuenientiam aliquo modo cum Saturno, aut sit in eius iurisdictionibus, vel aspiciat eum aspectu amico, imitabitur in suo appetitu quæ Saturni sunt. Est enim, vt dixit Ptolomeus Aph. 86. Luna fons naturalis potentia. Ergo natus imitabitur quæ Saturni sunt in suo appetitu.

De anime
sensitiuæ
parte.

Si Luna conuenerit cum Ioue, imitabitur quæ Iouis sunt: & semper erit in desiderio illarum rerum, erit fronte hilaris, & gaudens, & quietus, atque omnino pacificus.

Si Luna conuenerit cum Marte, erit audax, fortis, si perperam constitutus, erit homicida, & huiusmodi.

Si Luna cum Venere habuerit conuenientiam, erit natus procliuus ad illecebras,

& voluptates, & non ad laborem.

Si Luna cum Mercurio habuerit conuenientiam, optimam sensuum colligationem significat.

Conuenientia
declara
tio.

Hæc conuenientia, (vt pluries obseruaui) est quando planetæ se respiciunt aliqua notabili configuratione: vt de sextili, vel trino, vel quadrato, vel aliqua alia configuratione.

Nati in-
clinatio-
nes.

Mores nati sunt distincti, secundum significationem, & naturam, & statum domini reuolutionis anni. Per statum intelligo quòd quando fuerit dominus anni in angulis, esse in bono statu: quando directus, quando in suis dignitatibus: econtra verò si in locis deiectis, vt in octaua, in duodecima, & in sexta domo: si repedans, si combustus: semper enim dico quòd sit in malo statu. Hæc sunt examinanda ad bonam prognosticationem.

Nam Saturnus quando fuerit dominus anni de sui natura, significat pigritiam, stultitiam, turpitudinem, metum, seruitutem, iniuriam, mendacium, tristitiam, & malam cordis voluntatem.

Iupiter quando fuerit dominus anni de sui natura, significat legem, fidem, scientiam,
humi

humilitatem, verecundiam, fidelitatem, liberalitatem, patientiam, sensum, sobrietatem, & faciem claram.

Mars quando fuerit dominus anni de sui natura, significat iracundiam, nauseam, violentiam, prodigalitatem, calliditatem, furtum, inuerecundiam, lætitiã.

Sol quando fuerit dominus anni de sui natura, significat fortitudinem, sublimitatem, probitatem, & magnam potentiam.

Venus quando fuerit domina anni de sui natura, significat humilitatem, pietatem, voluptatem bonam, cordis dilectionem, lætitiã, ac bonos mores, excepto quòd natus effrons & effœminatus reputabitur.

Mercurius dominus anni de sui natura, significat mercaturam, loquelam, historiarum recitationes, intellectum, velocitatem sermonis, Grammaticam, Logicam, Rhetoricam, Arithmeticam, & Astrologiam.

Luna domina anni de sui natura, significat incesum grauem, debilitatẽ, miseriam, itinera, susurrationses, & mali immissionem.

Et hæ planetarum significationes erunt fortes aut debiles secundum fortitudinem aut debilitatem planetarum in se ipsis, ac in locis suis.

Dominus anni benè affectus, & positus in aliquo signo in quo habeat aliquam dignitatem: commutabitur animus nati in lætitiã, gaudia, & alacritatem.

Dominus anni in natiuitate malè affectus, in reuolutione autē bene, significat mediocritatē in rebus nati cum lætitiã, tamen anni res malas conuertet in lætitiã.

Dominus anni & Diuisor cū fuerint maleuoli, fuerintque impediti, otium & turbationes significant.

Iupiter dominus anni à Sole combustus, vel malè affectus, minatur aliquid dedecoris causa religionis, & euenient nato res turpes & malæ.

Iupiter quando peruenerit ad signum tertix domus radicis in reuolutione anni, certificat illo anno decreta, quæ portendebat in radice circa legem & religionem.

Mercurius si fuerit dominus anni, & ipse combustus, accident nato anxietates & impedimenta in computationibus, & mercimoniis, & molestiã animi.

Mercurius infortunatus, ex scripturis detrimenta, & malum filiis, & seruis significat.

Mercurius si hostili radiatione percutit gradum diuisionis, & aspiciatur à Marte, indicat

dicat damna propter mendacium, & vanam seu falsam scripturam, vel vsuram, vel dolos, vel fraudem, vel propter falsitatem, & deceptionem, seu mendacium, aut prauas cogitationes.

Luna malè affecta in reuolutione, significat animi infirmitatem.

Luna existens fortunata si Venerem bene dispositam trino aspectu aspexerit in reuolutione, promittit lætitiã ex muliere, augmentum in coitu, & in rebus venereis.

Saturnus in anni reuolutione in octaua domo diurnus, genitorem atque natum mortuorum causa efficit anxium.

Saturnus in septima domo reuolutionis, significat diuturnos gemitus, & natum mortuorum causa efficit anxium.

Saturnus in medio cœli annuæ conuersionis, gignit otium, & segnitiam, & seculam.

Saturnus dominus anni, ac dominus profectionis Lunæ, decernit curas animi, & sollicitudines, & turbationes varias.

Saturnus dominus anni quando fuerit combustus, accidēt nato res turpes & malæ.

Iupiter si aspexerit Venerem, aut Diuisorem, lætabitur in negotio mulierum, vestibus, & rebus odoriferis.

Mars

DE NATIVITATVM

Mars in medio cæli annuæ conuersionis, gignit otium, & segnitiam & secediam.

Sol & Luna oppositi in malis locis, caueat natus foeminarum infidias.

Sol in reuolutione in septima domo, significat controuersias aduersus nobiles, & potentes, atque litigia.

Venus in quinta salua, ad cupidineos conflictus propensioem facit.

Profectio Orientis ad locum Lunæ radicis, & ipsa fuerit in eodem loco, vel illum irrorauerit libera à maleficis, decernit hilaritatem, gaudia cum mulieribus suis.

Profectio Orientis ad locum Capitis Draconis, & Iupiter ibidem, vel illum aspexerit, significat lætitiã, laudem & bonum nomen.

Ascendens reuolutionis si fuerit locus Lunæ radicis salua à malis, prædicato salutem animi, gaudium, & lætitiã ex muliere.

Ascendens reuolutionis quando fuerit signum septimæ domus radicis, significat rixas & litigia multa.

Dominus Ascendentis radicis si fuerit in sexta, vel duodecima domo, significat mentis incarcerationem & quod natus res faciet sine consilio & prudentia.

Domi

Dominus anni si fuerit in sexta, vel duodecima, significat quòd natus causa incarcerationum animi inquietudinem patietur, vel suæ mentis incarcerationem.

Quando in reuolutione anni in Ascendente fuerit infortunium, vel in signis aspicientibus Ascendentem, significat impedimentum & tristitias pro natura ipsius infortunij, & signi in quo fuerit.

Boni planetæ in quinta domo reuolutionis, annuntiant nato aliquod bonum: ex qua causa ille magnam lætitiã in corde suo accipiet: mali verò planetæ indicant contrarium.

Boni planetæ in vndecima domo reuolutionis significant, quòd natus obtinebit pro maiori parte suum propositũ, & rerum sperandarum consequetur effectum: mali verò planetæ denotant quòd spes & fiducia nati destruetur, & non habebit natus illum quem desiderat.

Venus in signo Leonis in reuolutione, vel cum Marte, vel in eius hostili aspectu, inclinã natum ad venereas affectiones & amoris illecebras. Ptolom.
sent. 27.

Dominus anni si fuerit Retrogradus, significat difficultates in suis actionibus, & De actio-
nibus.
erit

erit finis illarum cum damno.

Dominus anni cadens ab Ascendente, & Luna vacua cursu, significant vacuitatem, inertiam, lassitudinem, & pigritiam nati in omnibus rebus.

Dominus anni bene affectus in natiuitate, & in reuolutione, significat bonum successum in suis rebus, & quòd annus bonus erit, hilaris, & utilis nato.

Saturnus si fuerit Diuisor, & ipse fuerit in malo loco, aut infortunatus, significat tristitias, dolores, malas cogitationes, in factis tarditatem, & in negotiis abiectiorem, quia quod incipit non perficit.

Iupiter in genitura non vulneratus, in conuersione autem cardinaliter supputatus irradians anni regem, committentur nato actiones vtilis, fortuna erit prospera in suis actionibus, atq; administrationibus.

Profectio horoscopi cum peruenerit ad loca mala infortunarum, significat dura negotia, difficultates, & contrarietates.

Profectio horoscopi si Venerit ad locum in quo fuerat Luna in radice, & fuerit Luna in ipso signo in reuolutione, vel ibi aspexerit, fueritque ab infortuniis libera, significat meliorem successum in rebus, & negotiis suis,

fuis, & gaudium ex parte mulierum.

Protectio Lunæ cùm peruenerit ad loca mala infortunarum, significat dura negotia, & difficultates & contrarietates in suis actionibus.

Ascendens reuolutionis si fuerit locus Caudæ Draconis radice, & infortunæ eam aspexerint, significat duritiem, atque laborem in rebus agendis.

De fratribus & sororibus nati.

Saturnus, vel Mars si fuerint in tertia domo radice, & consimilis cælorum afflatus fuerit præcisè in schemate annui voluminis, & dominus tertiæ esset malè affectus: præsertim in culmine cælorum, denotant illo anno mortem fratris, aut perniciosam ægrotationem: si in tertia domo sit signum masculinum: si verò fuerit fœmininum denotat mortem sororis.

Saturnus dominus tertiæ domus reuolutionis in horoscopo sine aspectu beneficarum stellarum, significat quandam turbationem & melancholiã propter facta fratris.

Mars infortunatus in reuolutione, malum statum minatur fratribus.

Mars

Mars in reuolutione in loco Mercurij radicis, significat quòd exponet se periculis lædendi, aut perdendi fratrem, aut aliquem ex suis, quem vt fratrem diligit.

Mercurius anni dominus infortunatus à Marte, & in quarto loco ab horoscopo genituræ, fratris mortem obnuntiat.

Quando aliquis planeta fuerit in tertia domo radicis, postmodum in reuolutione fuerit in horoscopo, significat quòd veniet ad natum frater ex terra aliena siue consanguineus, vel aliquis quem fratris loco habuerit.

Si fuerit in secunda domo, excitabit intra ipsum & fratres, aut sorores, seu affines iurgia, rixas, caussas, & controuersias.

Si in quarta domo, fratres eius bonum habebunt, aut quos habuerit loco fratrum.

Si fuerit in quinta domo, & sui parentes vixerint, nascetur ei frater illo anno.

Si in sexta domo, aliquis fratrum infirmabitur.

Si in septima domo, fratrum aliquis vxorabitur.

Si in octaua domo, frater dotem, vel lucra consequetur ex coniuge.

Quando

Planeta si fuerit in radice in 3. domo & in reuolutione.

Quando aliquis planeta fuerit in tertia domo radice, postmodum in reuolutione anni fuerit in tertia domo, nascetur ei frater, vel amicum sibi conciliabit fratri similem, siue carissimum.

Dominus tertię radice, si in aliquo anno fuerit in duodecima domo, vitę periculum fratri talis, cuius fuerit reuolutio indicat.

Dominus tertię radice si fuerit in aliqua reuolutione in decima domo, morietur eo anno frater nati: quia decima domus est octaua à tertia. Et si tertia domus fuerit masculina, frater nati diem suum obibit, vel ægrotabit grauitate. Si verò fœminina, soror morietur, vel habebit iurgia cum illis.

Si aliqua ex infortunantibus fuerit in tertia reuolutionis, & aspexerit Solem, ille cuius reuolutio fuerit, amittet fratrem per abortum, siue frater nati morietur ex aliquo alio accidente.

De Patre & Matre.

Saturnus in conuersione anni malè affectus, obnuntiat malum statum patris.

Patris
acciden-
tia.

Sol si fuerit in reuolutione anni cū Saturno in quarta domo, minatur mortē patris.

Sol sauciatus in conuersione anni, paren-

Y

DE NATIVITATVM

tes nati infortunatos efficiet, & maiores suæ stirpis.

Sol & Luna malè affecti in conuersione annua in septima, vel quarta domo, parentum mortem minantur.

Sol & Luna si fuerint cum malefico, lædentur parentes in corpore, vel facultate, vel in potestate ac dignitate.

Sol, Luna, & Pars patris cū matre, vel in eius quadrato, vel opposito in reuolutione, si dñi suorū locorū infortunati fuerint, aut in malo Martis aspectu, morietur pater nati.

Si fuerint luminaria in septima, vel quarta domo reuolutionis benè posita, & in radice infortunata fuerint, aut pater aut mater nati morietur.

Pars patris infortunata in reuolutione, patris mortem significat.

Matris
acciden-
tia.

Luna si fuerit in conuersione cum Saturno in quarta domo, minatur mortē matris.

Luna infortunata in reuolutione, significat matri malum, & detrimenta.

Mars & Saturnus in decima, mortem matri minantur.

De co-
gnitione
fortunæ
patris p

Sæpe accidit per obliuionem Astrologorum, vt Fatum patrum non facile inueniatur sine natiuitate filij indicantis id quod petitur

petitur: quod hic addere volui, quò nostrū hoc opus integrum & perfectum inueniatur. Si quando ergo in natiuitate inueneris dominum quartæ domus Solem, & Saturnum, ac partes parentum fortes & altas ac in bono statu fortunatas & liberas ab infortuniis & impedimentis, & damnis, vel fuerit maior pars earum in prædicta potentia & fortuna, patri nati prosperitatē significat, donec post illum alius nascatur filius: tunc enim permutabitur in significatione nati. Similiter iudica de matre, ac fratribus, accipiēdo iudicium à significatoribus suis.

natiuitatē & reuolutionem filij.

Aspice similiter in reuolutionibus eo modo quo in natiuitatibus inspexisti, & iudica secundum potentiam ac debilitatem radicis commiscendo hoc cum ea reuolutione anni, & certificaberis Deo volente. Hæc Abenrag. cap. 14. par. 6.

Pars patris accipitur in die à Sole in Saturnum, & in nocte è contrario, & proiicitur à signo ascendentis radicis. Et quia Sol est significator vitæ, & Saturnus antiquitatis, ob hoc accipitur hæc pars ab istis duobus planetis. Si autem contigerit Saturnum esse sub radiis Solis, tunc pars patris accipitur in die à Sole in Iouem: & in nocte

Vide Leopoldum parte quinta sui introductorij.

econtrario, & proiicitur ab Ascendentē.

In libr.
introdu.
dif. 8. in
rat. 4.
dom.

Dixit Albumasar, quòd dominus domus partis, significat patris fortunam, & eius substantiam ac labores. Quòd si fuerit pars boni esse, erit pater nobilis. Et si dominus eius fuerit boni esse, erit fortunatus ac longæ vitæ. Si autem fuerit impeditus, aut male locatus, erit laboriosus, infortunatus, ac paucæ vitæ. Dominus verò partis patris, significat regnū nati, eius honores atq; fortitudines.

Pars matris accipitur in die à Venere in Lunam, & in nocte econtrario, & proiicitur ab Ascendēte, & significat hæc pars esse matris. Quæ si fuerit boni esse ac bene disposita, significat bonum esse matris, & ecōtra.

Questio

Contra hanc materiam arguit Picus Mirandulanus aduersarius Astrologiæ, & tenuit pro comperto, quòd ex genere filij non possemus prognosticari fata parentum: Quare vt hæc materia lucidior fiat, sub forma quæstionis quæramus an possibile sit per natiuitatem & reuolutionem filij cognoscere fortunas parentum.

In hac quæstione arguam ad vtranque partem, diffiniam medio loco, & tertio solvam argumenta, vel rationes negatiuas: in qua quæstione perpulchra sciemus: quid enim

enim delectabilius est, quàm scire arcana nature? Nunquam enim hoc credidissem, nisi longis obseruationibus ad experientiam venissem.

Quia habeo has rationes in contrarium, ad quemlibet doctum cogentes. Si per sortem filiorum ego cognoscerem facta parentum, sequeretur effectum præcedere causam suam, id consequens est falsum, ergo & antecedens: Et deduco sequelam: quoniam si per sortem filij cognosceremus facta parentum, certum est quòd constellatio filij agat in constellationem patris, & tunc constellatio patris erit effectus constellationis filij, & constellatio filij erit causa, ergo effectus præcederet causam suam: quia parentes præcedunt filium, ergo constellatio parentum præcedit constellationem filij: & quia constellatio filij est causa constellationis parentum, ergo causa sequeretur effectum.

Ad idem, Nullum ens, seu agens, seu operans potest in id, quod non est: sed si cõstellatio filij agat in cõstellationem parentum: igitur aliquod agens ageret in eo quod non est: patet, quia constellatio parentum iam deleta est & abolita, & cõstellatio filij est, & agit in cõstellationem patris, ergo aliquod

agens positivum ageret in eo quod non est.

Rursus, idem ferret, & ferretur, generaret & generaretur: consequens est cōtra Arist. 8. Phis. & est catholicum, quia nihil se ipsum gignit: sed si fors filij ageret in sortem patris, ergo idem generaret se ipsum: quia fors pro ut est in filio generaret in patre: quia nos ducit in cognitionem sortis patris, & ut est in patre generatur, ergo idē generat se ipsum, quia fors filij est causa sortis patris: ergo ut causa generat, & ut effectus generaretur.

Ultimò, nullus prius dependet à suo posteriori, sed fors parentum prior est, fortuna filij posterior, ergo impossibile est quòd fortuna filij agat in fortunam patris.

Hæ sunt fortissimæ rationes cogentes, nisi in oppositum essent fortiores & maxime sensus.

In oppositum arguo sic, primò, id quod est famosum non est omnino falsum, sed apud omnes antiquos & Ptol. & alios habetur sortem filij agere in sortē parentum: id est sortes filij ducere nos in cognitionē fortunæ parentū, ergo non est omnino falsum.

Quod etiam ab omni parte, seu à pluribus approbatur debet haberi pro comperito, sed omnes & Indi, & Persæ, & Arabes, & omnes

In tertio
quad. ca-
pit. 4.

omnes nationes, quæ professæ sunt astronomicam facultatem dixerunt per natiuitatem filij nos posse cognoscere fata parentum, ergo hæc conclusio necessaria est, quòd sit probata tanquam vera.

Vltimò, omnis notitia & scientia, quæ comprobatur obseruationibus & experimentis, vera scientia est: sed scientia per quam cognoscimus fata parentum per sortem filij est experimentis & rationibus comprobata, ergo ipsa scientia est vera. Consequentia est manifesta in tertio primæ figuræ cum maiori, vt habetur ab Arist. 3. Metaph. & minorem possem deducere, ne sit fuga in deductione minoris, quod quispiam diceret me fabulas & figmenta in medium afferre, per natiuitates trium germanorum scilicet Petri primi Medices, secundò domini Ioannis, postea pontificis maximi Leonis decimi, qui fuerunt filij Laurentij prioris nepotis primi Cosmi: deinde per natiuitatem Laurétij Ducis Urbini, qui habuit duos filios Alexandrum primum Florentiæ Ducem, & Serenissimam Chaterinã Reginam Franciæ, quorum nomina & sortes notæ sunt apud omnes nationes: vt ne conteram tempus pro nunc non recitabo eas.

Veniamus ergo ad declarationem huius quæstionis, ex qua causa dicimus constellationem in constellationem agere, potest intelligi dupliciter, vt exposuit Lucius Bellantius Senensis contra Picum. Vno modo intelligitur quòd agat eam anihilando, & sic constellatio filij non potest in constellationem patris: Alio modo dicimus constellationem filij agere in constellationem patris, id est constellationem filij posse in subiecta constellationis patris: id est quod constellatio patris impressit aliquod in filio. An postea constellatio filij possit in illam constellationem aut non: ipse distinguit istud membrum: quia vel potest in omnia, vel in aliqua: in omnia agere negat, in aliqua concedit. Sed ego non intelligo ipsum, nescio quomodo constellatio mea possit rursus imprimere in ea, quæ impressit constellatio patris.

Dicendum est igitur aliter, quòd constellationes sunt in duplici differentia, quædam sunt vniuersales, quædam sunt particulares, accipiamus semper constellationem vniuersalem conuertentē in se particularē, vt dicit Ptolomæus. Sæper enim constellatio maior trahit secū minorē, hinc fit quòd constellatio filij non potest in constellationē patris.

Quapr

Quapropter dicimus & tertio, quod aliud est efficere, & aliud significare dico ergo quod constellatio filij significat fata parentum, non tamen efficit, quia est ordo naturæ talis, quod semper pater imprimat in filium aliquid suæ impressionis, quoniam sperma decisum à patre fert secum in utero maternum aliquid viris illius cælestis, quam pater accepit ab aere circumfuso in suo natali: hinc fit quod aliquod patris imprimatur in filio, quod postea cognoscitur in natiuitate ipsius filij.

Est igitur filij natiuitas ducens nos tanquam signum in cognitionem suæ causæ scilicet in cognitionem eorū, quæ sunt patris, sicut cometæ, quæ sunt non causæ, scilicet ariditatis, & Halo non est causa humiditatis, sed sunt signa effecta & conformata primis causis: & ideo per natiuitatem filij cognoscimus fata parentum, ac si essent signa.

Quare patet quid dicendum sit ad illas rationes, quia nihil aliud demonstrât: quàm quod effectus non potest præcedere suas causas: modo natiuitates filiorum non sunt causæ, sed signa sunt: & similiter respōdetur ad alia argumenta, & hæc de ista materia.

Y S

De substantia & diuitiis.

Non credo hanc opinionē esse Ptolomæi: sed cuiusdā prisca qui Græce Ptolomæi libros exposuit.

A Spice ad signum in quo fuerit pars fortunæ: cuiusmodi status est illo anno. Quia magnam habet potentiam si fuerit fortunata: & dominus Orientalis ab illo signo eius, & à signo applicationis, & à domino eius similiter. Abenragellis sententia cap. 12. par. 6.

Pars fortunæ in reuolutione sic proiicitur secundum Ptolomæi decreta, à Sole in Lunam in radice: & adduntur gradus qui ascenderunt de signo ascendente reuolutionis: & proiicitur ab initio signi ascendentis reuolutionis, & quo peruenit ibi est hæc pars, & ipsa significat substantias, diuitias, lucra, & bonam fortunam secundum eius dispositionem. Nam si eam in reuolutione aspexerit aliquis suorum dominorum lucrabitur illo anno natus. Sed si infortunio afficietur, nemo diuitias acquirat, vide Ptolomeum in Aph. 88. Centiloquij.

Sed erit notandum quòd pars fortunæ secundum Ptolomæi decreta in natiuitate semper accipitur à Sole in Lunam. Ego autem dico (quoniam amicus Plato, amicus Cicero, sed magis amica veritas) quòd in iuuentute mea diu laboraui, vt inuenirem veritatem

ritatem, quia semper vidi Ptolomæum sic dixisse, ab Aegiptiis & aliis reperi quòd in nocte à Luna, in die à Sole: Ego diu laboraui pro hoc, quare inueni quòd si vtrumque lumen fuerit super terra, vel sub terra accipitur à Sole siue in die, siue in nocte: quòd si tantum Sol fuerit super terram à Sole, quòd si Sol fuerit sub terra & Luna super terram à Luna hoc obseruaui neque fefellit me.

capit. 10.
tract. 3.
capit. 1.
tract. 4.

Dicitur pars fortunæ, non quia casu accipitur, vt dicunt aduersarij artis, sed semper accipitur in ratione habitudinis luminum, quia est determinata, quia semper sunt in motu regulari, & accipitur à motu regulari & diuino: sed dicitur pars fortunæ ab effectu, quia ex eius positione inducit homines ad bonam, vel deprauatam fortunam.

Quare à luminibus sit accepta pars fortis, & fortunæ declaratum est ab Albumasare in 8. mag. introductorij capit. 3. reddit hanc rationem. Dicit quòd cùm Sol sit princeps quodammodo propter prestantiã magnitudinis & luminis, & est pater nascentium, & ego addo his quòd calor Solis in visceribus terræ generat præcipue aurũ quod pertinet ad diuitias & bonam fortunam, omnes confitentur quòd Sol præest auro, ideo

ideo qui volunt facere aurum expectant Solem cum fuerit constitutus in Ariete, vel Leone in medio cœli, & nona domo & Luna ei bene configuretur, hac ergo ratione, & cum Luna sit finitima terræ, & sint sensibiles actiones eius, præstat ad bonam fortunam, & econtra: quia stellæ superiores sunt præstantiores luminibus: & ipsa lumina sunt sensibilia. Sol enim recipit impressiones illas stellarum cœlo herentium: & sic reddit fortunatos homines & fœlices, vt dicemus, quia recipit formã superiorũ stellarum, sed non per se id facit, & refert ipsam Lunę, quæ cum sit finitima terræ coagulãtur, & vniuntur hic tanquã in trigono, & sic fœlicitatur.

Quantum an sola pars fortis significet opes, & sit in causa quare natus sit propensus ad diuitias acquirendas, dico quod ipsa est principalis causa, & principale agens, vt obseruauit Ptolomæus: vnde in Aphorismo. 77. (vbi imitatus est Hermetem antiquissimũ: quia Hermes fuit antiquior Ptol. an. 1. 88.) dixit. Ea quæ corporis sunt ab ascendente, quæ verò sunt substantiæ à parte fortunæ. Idem habetur ab eodem Ptolomæo Aphor. 46. quod collatio magnarũ diuitiarũ est à stellis fixis, tum à parte fortunę.

Et

Et Abohales idem habet cap. 2. vel. 9. De parte fortunæ Abenragel. parte 4. capit. 12. idem dicit. Sed sciendum est quòd non tantum ab ea sunt accipiendæ diuitiæ, sed ab aliis constellationibus, videlicet sunt accipiendæ diuitiæ à domino secundæ domus, & secundum eius dispositionem, & dispositionem illius loci semper erit prognosticatio facienda de diuitiis & paupertate, quæ insequitur primam causam partis fortunæ.

Pars fortunæ in bono loco figuræ, id est vbi fuerint in radice stellæ fortunantes, vel eorum boni aspectus, decernit nato augmentum, & lucrum substantiæ.

Pars fortunæ in quarta domo reuolutionis, contribuet incrementa stabiliū.

Pars fortunæ extrino Solis aspectu in radice, vel reuolutione, dat lucrū & cōmodū.

Pars fortunæ in horoscopo, vel in secunda domo reuolutionis, dat nato vtilitates ex sua industria & labore.

Pars fortunæ in octaua domo reuolutionis benè affecta, significat diuitias causa mortuorum.

Pars fortunæ si fuerit in reuolutione in eo loco, in quo fuit in natiuitate, fueritq; fortunata, significat augmentū diuitiarū, & lucra.

Jupiter

Iupiter in secunda domo, vel in octava in suo domicilio, vel exaltatione, decernit hæreditates, & lucra ab insperato, & sine labore.

Iupiter si aspexerit Venerem, aut terminum diuisionis, significat substantiam, & quòd natus lucrabitur magnum prædium.

Iupiter dominus anni, & dominus partis fortunæ in natiuitate, vel in reuolutione, fueritque benè affectus, significat augmentum patrimonij, & diuitias.

Iupiter si fuerit Almuten natiuitatis, & fuerit benè affectus in reuolutione, decernit diuitias & lucra.

Iupiter dominus secundæ domus radicis, vel reuolutionis, fueritque fortunatus, indicat acquisitionem substantiæ.

Mars si fuerit Diuisor, & in bono loco in radice, & in aliqua dignitate Iouis, natus habebit bonum, & lucrum per delicta, violentias, prædationes, & placita: vel per vsuras & modum illicitum, & non honestum.

Venus si proiecerit radios suos ad locum diuisionis, & Diuisoris, significat lucra maxima mulierum gratia, siue dotem amplam.

Venus in octava domo reuolutionis, hæreditatis portionem, & diuitiarum incrementa

menta significat.

Venus in secunda domo reuolutionis si fuerit benè affecta, significat augmentum diuitiarum, & patrimonij, & si fuerit sacerdos natus, habebit diuitias causa beneficiorum, & religionis.

Venus domina partis fortunæ, radicis, vel reuolutionis, fueritque boni esse, significat augmentum diuitiarũ causa mulierum.

Mercurius si fuerit in ascendente reuolutionis in ipsomet signo radicis, fueritque liber ab infortuniis, & receptus, lucrabitur ex sua negotiatione.

Mercurius si fuerit dominus secundæ domus radicis, vel reuolutionis vel fuerit dominus partis fortunæ: & fuerit benè affectus, significat augmentum diuitiarum ex sua industria & actionibus.

Luna in secunda domo reuolutionis benè affecta, significat augmentum diuitiarum.

Luna in quacunque duodecim domorum cœli, si fuerit cum parte fortunæ non infortunata, natus habebit fortunam & fortitudinem ex significatis illius domus in qua fuerit.

Dominus anni si fuerit benè affectus in natiuitate, & reuolutione, fueritque in bonis
cœli

cœli domiciliis, bonorum prosperitatem, & utilitates decernit. Si verò in vtroque tempore fuerit æque affectus, indicat quòd natus bona paulatim assequetur. Si autem in vtroque schemate fuerit commaculatus, & in cadentibus cœli domiciliis, conformaturque cum beneficis, insinuat natum bona inuenturum, sed modicam utilitatem rerum tamen viliùm, & pretij ferè nullius.

Dominus anni si fuerit infortuna, in themate autē natalis foeliciter collocatus: & Orientalis, & maleuolę stellę gradum diuisionis non commaculauerint, & Luna & horoscopus reuolutionis, & eorum domini fuerint salui ab infortuniis, natus illo anno habebit incrementa diuitiarum.

Dominus anni in decima radice, & in reuolutione similiter vel in vndecima à beneficis irradiatus, lucrorum copiosa præsidia, siue diuitiarum incrementa pollicetur.

Dominus anni & Diuisor si fuerint malefici, & in figura reuolutionis fuerint in alienis domibus, & eos respiciant boni planetæ, promittunt quidem bona, sed minima.

Dominus anni si fuerit infortuna, & in radice natiuitatis fuerit in bono loco, dat nato bonum.

Dominus

Dominus anni si fuerit benè positus, & fortunatus in radice, & reuolutione, fueritque positus in aliqua dignitatum suarum, significat vtilitatem, & lucrum, & bonum, & meliorem in suis rebus successum.

Dominus anni si fuerit positus in aliquo angulorum, & receptus in eodem angulo à suo domino, & proiciat suos radios ad fortunam, significat bonum, meliorem successum, & prosperitatem, & fortunam bonam illo anno.

Diuisor si fuerit planeta beneuolus, & benè dispositus in natiuitate ac reuolutione, fueritque dominus Lunæ, vel ascendentis reuolutionis expediti à malis, significat bona, & manifestas ac famosas prosperitates. Si verò secundum natiuitatem fuerit infortunatus, & secundum reuolutionem fortunatus: moderata erunt bona in illo anno. Si autem secundum natiuitatem quidem fortunatus, in reuolutione verò infortunatus: diminuentur bona, tamen non omnino irrita erunt propter significationem figuræ natiuitatis firmiorem, & certiore existentem figuræ reuolutionis.

Diuisor si fuerit secundum natiuitatem & reuolutionem in aliquo angulo figuræ

Z

cælestis: fueritque Diuisor beneuolus: maximam prosperitatem indicat.

Diuisor in vndecima domo, & in signo humano coniunctus cum parte fortunæ, pollicetur beneficiorum multitudinem, & largitionem, seu munera à principibus, vel regibus.

Dominus horoscopi reuolutionis fortunatus & in suo domicilio, indicat eum cuius fuerit reuolutio inuenturum lucra, & aliqua bona.

Dominus horoscopi reuolutionis in secunda domo, pollicetur lucra.

Dominus horoscopi reuolutionis in quinta domo, significat quod natus habebit exenia, siue dona à dominis, siue principibus.

Dominus horoscopi, vel Almuten natiuitatis, quando coniungitur cum domino secundæ domus, aut cum planeta existente in secunda domo in radice, utilitas promittitur ex significatis significatoris illius, qui erit dominus secundæ: vel qui erit in secunda domo.

Dominus horoscopi si applicuerit ad dominum secundæ domus, laborabit pro substantia, & acquirat eam.

Dominus horoscopi si fuerit separatus à domino secundæ domus, natus non erit sollicitus

licitus de substantia acquirenda.

Dominus secundæ domus si applicuerit ad dominum ascendentis, decernit substantiam, siue lucrorum copiosa præsidia sine labore.

Dominus secundæ domus reuolutionis in Ascendēte reuolutionis, significat quòd veniet substantia aliqua ad eum sine suo labore.

Dominus secundæ domus radicis in quinta reuolutionis, credet natus substantiæ partem dilectis personis, vel quòd natus dabit de substantia sua filiis suis.

Dominus secundæ domus radicis in domo nona reuolutionis, accipiet natus substantiam à longinquis.

Boni planetæ in quarta domo reuolutionis, contribuent nato incrementa stabilium.

Quando aliquis planeta fuerit in horoscopo radicis postmodum in secunda reuolutionis, natus illo anno sollicitabitur in opibus cumulandis.

Quando aliquis planeta fuerit in horoscopo radicis postmodum in reuolutione fuerit in quarta domo, commorabitur in solo patrio deditus ad ædificia, vel agrorum culturas, & intromittet se de hæreditatibus & rebus stabilibus.

Quādo planeta peregrinus, vel in aliqua dignitate constitutus fuerit in radice in secunda domo, & in reuolutione fuerit in horoscopo, significat lucrorū copiosa præsidia ab insperato, & sine labore.

Si fuerit in tertia, vel nona: decernit vtilitatem à fratribus vel cognatis, aut in itineribus extra natale solum.

Si fuerit in quarta domo: contribuet lucra à parentibus, siue rebus stabilibus, & hæreditariis.

Si fuerit in quinta: ex rebus vegetabilibus, vel filiis: vel exercitij contribuet lucra.

Si fuerit in sexta: à seruis, vel paruis quadrupedibus lucra contribuet.

Si fuerit in septima: ab vxore, vel aliis mulieribus, siue connubij lucra contribuet.

Si fuerit in octaua: ex rebus hæreditariis, vel dote vxoris.

Si fuerit in decima: ex actionibus, vel officiis, & dignitatibus.

Si fuerit in vndecima: ex amicis, & rebus speratis.

Si fuerit in duodecima: ex magnis animalibus, siue inimicis.

Planeta
cōstitutus
in secūda
radicis, &
in reuolu-
tione.

Quan

Quando beneuoli planetæ fuerint in horoscopo reuolutionis, mediocrem indicat utilitatem.

Quando fuerit aliquis planetarum in reuolutione in secunda domo, natus eo anno erit intentus in acquisitionem substantiæ.

Quando aliqua infortuna receperit Lunam de trino vel sextili aspectu in reuolutione: significat bonum & profectum de proprietatibus, & naturis ipsius infortunæ. Et si receptio illa fuerit de quadrato, vel opposito, non durabit ille profectus, & erit eius finis in malo & damno.

Quando horoscopus genituræ fuerit in culmine cælorum reuolutionis bene affectus ab Ioue, vel Sole, aut Venere, & eius dominus in vndecima vel secūda domo, nato opes crescēt, & fiet copia maior, quoniã à potentioribus ei munera condonabūtur.

Ascendens reuolutionis si fuerit locus Lunæ radicis & bene affecta, significat rerum incrementa & lætitiã ex muliere.

Ascendens reuolutionis si venerit ad stellas salutes radicis, vel ad radios fœlicium, diuitiæ ad natum peruenient causa alicuius iudicij.

Ascendens reuolutionis si fuerit locus

Z 3

Iouis radicis, & ipse sit coniunctus Ascendenti per corpus, vel per bonum aspectum, natus eo anno honorabitur, acquirétque diuitias leuiter: sin autem viderit Ascendentem malo aspectu, hæc omnia fient: sed cum difficultate.

Profectio Orientis si peruenerit ad locum Iouis, & ipse foeliciter collocatus in reuolutione fuerit, aspiciens suum locum genituræ, & dominus anni sit in cadentibus cælorum domiciliis, pollicentur foelicitatem, & lucrorum copiosa præsidia: absque labore, & præter spem.

Profectio Orientis ad locum Mercurij, Et si Mercurius fuerit in eodem signo, vel illud foeliciter aspexerit, dabit lucra ex mercibus, & bonam famam.

Profectio Orientis ad locum Lunæ, & ipsa fuerit in eodem loco, vel illum irrorauerit libera à maleficis, decernit lucrorum copiosa præsidia.

Profectio Orientis ad capitis Draconis locum, & Iupiter ibidem, vel illum aspexerit, significat lucra, & substantiam, & diuitias multas.

Profectio Orientis si peruenerit ad quartum locum, nullo ipsum malefico inspiciente:

te: vel cum contigerit, vt dominus anni sit in quarto cælorum domicilio natalitij thematici sub signo in quo ius habuerit, sitque Diuisor beneuolus in eisdem terminis diuisionis: sitque in genitura innocuus, respiciatque Luna partem fortunæ, & coniuncta sit cum Ioue, sintq; ambo innocui, is, cuius fuerit reuolutio diuitias consequetur multas, & fœlicitatem ex hæreditatibus, & depositis, & thesauris absconditis.

Saturnus & Mars in medio cæli significant nullam vtilitatem toto illo anno vertente, & natus ita sine aliqua vtilitate rem suam profundet, & propriam facultatem.

De infortuna nati.

Saturnus retrogradus in quarta domo reuolutionis, circa res hæreditarias anxium natum facit, vel parentem aliquem ipse habebit non rectè cum eo ambulantem circa substantias suas.

Saturnus in Leone retrogradus, significat quòd natus faciet multa dispendia propter equos.

Saturnus dominus anni si fuerit combustus, significat damnum in agricultura.

Saturnus in reuolutione in quinta & quarta domo, in signo in quo fuit in radice, significat damnum in patrimonio nati.

Saturnus in secūda domo reuolutionis, dabit nato damna & expensas importunas.

Iupiter in reuolutione annua malè affectus, significat malum statum in rebus ad vitam necessariis, & quæ sunt de proprietate Iouis, & signi, atque domus in qua fuerit illo anno.

Iupiter si fuerit dominus anni combustus, & malè affectus, detrimenta significat fortunarum.

Mars in secunda reuolutionis, significat ablationem substantiæ per furtum, vel per violentiam militum, vel similiū.

Sol in secunda domo reuolutionis, facit expendere in rebus magnificis, honoratis, & liberalibus: nam gradum domus substantiæ damnat & infœlicem facit Sol & Mars, vt dicitur ab Abenragelle cap. 5. par. primæ.

Quando malus planeta fuerit in secunda domo, & fuerit etiam ibidem maleficus in themate natalicio, afferet damna, & expensas importunas, & quodammodo intolerabiles.

Quando aliquod infortunium receperit Lunam de trino, vel sextili aspectu in reuolutione anni, significat bonū & profectum de naturis & proprietatibus ipsius infortu-
nij.

nij. Et quando receperit eam hostili aspectu, significat damnum secundum naturam infortunæ.

Dominus anni si fuerit in aliquo angulorum infortunatus à planeta infortunante ipsum sine receptione de quarta, vel oppositione, & si iunctus fuerit cum eo corporaliter in radice: tunc dicitur pessima reuolutio, quoniam in illo anno habebit natus anxietates, labores, molestias & amissiones multas.

Dominus anni occidentalis, in domo sibi inimica, vel in septima, vel duodecima domo, intueaturque à Saturno, vel Marte, Ioue non respiciente Lunam, neque dominum anni, indicat iacturas bonorum.

Dominus anni, & Diuisor quando sunt malefici, inficianturque in reuolutione, indicant toto illo anno segnitiam, & nullam utilitatem.

Dominus anni, & Diuisor si fuerit planeta maleuolus, & acciderit tam Sol, quàm Luna tempore reuolutionis sub terra à beneuolis non inspecti, significant dissipationem substantiarum.

Diuisor si fuerit fortuna, & in radice natiuitatis in malo & infortunato loco, non

significat vtilitatem, nec bonum, maximè si dominus anni fuerit malè affectus : tunc enim non significat nisi malum, & damnum in illo anno.

Diuisor si fuerit beneuolus, sed malè affectus in genitura, & dominus anni, & Luna, & horoscopus reuolutionis infausti, indicat aduersam fortunam, labores, & rerum inopiam illo anno.

Diuisor si fuerit planeta maleficus, minatur rerum inopiam, nisi ipse Diuisor fuerit anni dominus foeliciter collocatus, & à beneficis irroratus, & horoscopus genitux non sit malè affectus.

Horoscopus reuolutionis, & eius dominus, & Luna si fuerint melè affecti ab aliquo maleficorum à coniunctione, quadrato, oppositione, obnuntiat iacturam rerum.

Profectio Orientis si peruenerit ad signum secundæ domus radicis in quo fuerit planeta maleficus, significat damna & expensas importunas & intollerabiles.

Dominus signi profectionis, & ipsum signum si fuerint impediti, nocumentum, & diminutionem significant.

Dominus secundæ domus reuolutionis si impediretur à domino Ascendentis in aliqua

aliqua reuolutione, dic natum eo anno non adepturum diuitias.

Dominus secundæ domus reuolutionis si fuerit separatus à domino Ascendentis, non lucrabitur.

Dominus decimę domus reuolutionis in octaua, circa res hæreditarias natũ anxium facit vel parẽtem aliquem ipse habebit non rectè cum eo ambulantẽ circa res paternas.

Infortuna in secunda domo reuolutionis, significat quòd natus multa dispendia faciet, secundum naturam infortunæ: vt si Mars ibi repertus fuerit, minatur dispendia propter martiales homines ac res, &c.

De statu & honoribus.

A Spice ad statum Solis in reuolutione diurna: quia nullus bonum aliquod habere poterit, neque honorem, neque laudem si Sol fuerit infortunatus: Sententia Abenragellis cap. 12. par. 6.

Vnde dignitates & fœlicitates honorum principaliter debent accipi à Sole: quia sua natura sensibilius agit, & quodammodo apparent eius operationes, quòd non faciunt operationes aliarũ stellarũ, licet stelle supra Solem

Fortunæ
decreta.

DE NATIVITATVM

Solem sint nobiliores, quia accedunt magis ad primam causam: sed quia non ita sensibilius agunt sicut Sol: ideo datum est regimen honorum ipsi Soli à quo dies diuiduntur in diem artificialem, & noctem. Sol autem præest diei, & Luna nocti: vt ex sacris codicibus habetur in libro Genesis. Et propter hanc causam Ptolomæus in regimine honorum accipit vtrunque luminare.

Sol ergo in natiuitate & reuolutione benè affectus, indicat honores, & dignitates secundum nobilitatem nati in illo anno.

Sol in Ascendente, decima, aut nona domo reuolutionis fortunatus, decernit bonum statum, honores, multos, & dignitates vel aliquod officium in illo anno.

Sol in reuolutione ad locum radicis, significat honores & exaltationem sui status.

Sol in tertia domo radicis & similiter in reuolutione si fuerit in tertia fortunatus, significat officium à Rege, vel à magnatibus.

Sol si fuerit in quinta domo radicis & reuolutionis fortunatus, significat quòd magni dñi vtentur eius opera in legationibus.

Luna in reuolutione nocturna in prima, decima, tertia domo fortunata, significat honores & dignitates.

Luna

Luna in quinta domo reuolutionis, donat in legationibus salutem.

Luna applicās domino ascendentis amico aspectu adducit significatum domus in qua Luna fuerit. Vt si Luna esset in decima reuolutionis, & applicaret domino ascendētis, significaret in dominio & magisterio.

Luna in quarta domo radicis & reuolutionis fortunata, facit natum prosperum habere statum.

Luna in vndecima domo radicis & reuolutionis fortunata, dat honorem, & vtilitatem à magnis principibus, siue dominis, & acquirat natus ea quæ desiderabit.

Saturnus si fuerit dominus anni, fueritque benè positus in decima reuolutionis, significat honores ac dignitates durabiles, quæ erunt cum nati labore.

Iupiter in horoscopo reuolutionis si ascendens radicis fuerit Sagittarius, Pisces, vel Cancer, indicat altitudinem & potestatem & imperium.

Iupiter in genitura non vulneratus, in conuersione autem cardinaliter supputatus irradians anni regem, pollicetur adoptionem autoritatis, & honoris à regibus, seu principibus.

Iupiter

Iupiter in quinta radice, & similiter in ipsa reuolutionis domo, natus fungetur officio legati: si Iupiter fuerit bene positus.

Iupiter in decima reuolutionis si fuerit benè positus in natiuitate & reuolutione, dat honores & bonum statum.

Mars si fuerit Diuisor, & in bono loco in radice, in exaltatione Iouis, aut termino, aut in aliqua dignitatum eius, & habuerit participationem & terminum cum Ioue, significat bonum & honorem. Et si natus fuerit nobilis generis, significat illo anno dominium super milites, & quòd se dabit armis, & acquirat honorem & famam.

Mercurius si fuerit dominus anni, & sit in reuolutione vnà cum Marte, alicuius prouintiaè dominium polliceretur.

Mercurius in reuolutione in loco in quo fuit Iupiter in radice, significat dignitatē, & honorem, quem ab alio se maiore habebit.

Dominus anni si fuerit infortunatus, in themate autem natalis foeliciter collocatus, & gradum diuisionis stellæ maleuolæ non commaculauerint, & Luna & horoscopus reuolutionis, & eorum dominus fuerint salui ab infortuniis, significant honores, atque dignitates, siue aliquod officium.

Domi

Dominus anni, Luna, & horoscopus reuolutionis & eorum domini si foelices fuerint, victoriæ, triumphorum, ac foelicitatis auctores fiunt.

Dominus anni in decima radice, & in reuolutione similiter, vel in vndecima domo à beneficis irradiatus, significat aliquam dignitatem, siue dominium, seu magistratum lucrigerum.

Dominus anni si fuerit fortuna in themate natalis foeliciter collocatus & Orientalis: & Luna & horoscopus annuæ conuersionis sint salui ab infortuniis, denotant quatenus illo anno, natus sortietur incrementa honoris, & ab omnibus laudabitur.

Dominus anni benè affectus in reuolutione & in radice, significat illo anno nobilitatem & honorem, & bonum successum in suis rebus, ac bonam famam.

Dominus anni si aspexerit ascendentem, vel signum profectiois de trino, vel sextili aspectu bonum, vel fortunam & potentiam, & honorem significat.

Dominus horoscopi reuolutionis fortunatus & in suo domicilio, indicat eum cuius fuerit conuersio inuenturum gloriam illo anno, & honorem, sed si fuerit in culmine cælorum

cœlorum, consequetur pondus & dignitatem, & ibit natus ad regem, vel ad principes, & multum venerabitur.

Dominus horoscopi reuolutionis in vndecima domo, significat bonum statum, & quòd natus erit votorum compos.

Dominus medijs cœli in ascendente reuolutionis, significat nato annũ honorificum.

Ascendens reuolutionis, similis radici, significat bonum esse nati illo anno.

Ascendens reuolutionis si fuerit signum decimæ radici, natus eo anno magisterium renouabit suum.

Ascendens radici si fuerit in decima reuolutionis, significat honores.

Ascendens reuolutionis si fuerit locus Solis radici, bonum erit nato à regibus, vel magnis viris, vel parentibus suis.

Ascendens reuolutionis si fuerit locus Capitis Draconis radici: si caput in reuolutione ibidẽ fuerit, & Sol, aut Iupiter asperit eum, dic bonam famam, & laudem natum adepturum.

Diuisor si fuerit beneuolus, & gubernauerit diuersis annis, benè affectus in vtroque schemate, & fuerit dominus anni, & Lunæ & horoscopi dominus, & fuerit in reuolutione

uolutione

uolutione à malis liber, indicat bonas & perspicuas foelicitates, illustres, & celebres, & res secundæ incrementum suscipiēt: & idem significat si beneuolus sit Diuisor & dominus anni, & Luna & dominus horoscopi in reuolutione à malis liberi.

Diuisor si fuerit planeta beneficus, & in radice foeliciter collocatus, atque salutari- bus radiis illustratus, multiplicabitur illud bonum & fortuna nati illo anno: præsertim si anni dominus fuerit fortis & Orientalis, & fortuna, quoniam tunc omnia foelicitatis genera præstabit.

Quando Diuisio, & dominus ipsius fuerint in bono loco vtriusque schematis, & beneficus sit Diuisor, maximam denuntiant foelicitatem.

Profectio Orientis si venerit ad locum radicis in quo fuit Iupiter, & ipse aspexerit locum illum de trino, vel sextili, natus ad altiorem gradum extolletur cum laude & lætitia. Vnde plus solito venerabitur, quæ omnia de facili consequetur.

Profectio horoscopi si venerit ad signum in quo fuerat Sol in radice, & fuerit fortunatus in radice, & reuolutione, significat honores, & quòd à Rege, vel parentibus bo-

num habebit.

Profectio Solis si venerit ad signum in quo fuerat Iupiter, & ipse ibi aspexerit in reuolutione de trino, vel sextili aspectu, significat dignitatem & honorem.

Profectio Lunæ si venerit ad signum in quo fuerat Iupiter in radice, & ipse aspexerit locum illum de trino vel sextili aspectu: significat dignitatem & honorem.

Boni planetæ si fuerint in medio cæli, indicant illo anno fore aliquid boni, erit facile, & cito perficietur.

Cùm fuerit tempore reuolutionis aliqua stella fixa, de his quæ foelicitatē significant in Ascendente reuolutionis, vel in medio cæli, vel in gradu signis diuisionis, vel cum aliquo de luminaribus, significat prosperitatem illo anno.

Dominus Ascendētis reuolutionis quando fuerit remotus ab angulis, minus nocebit nato, sed potius significabit metum, vel imbecillitatem quàm damna.

Cùm fuerint maleuoli in Ascendente, vel in vndecimo, vel in medio cæli reuolutionis: sub terra verò beneuoli, significant grauitatem in principio anni, in ultimo verò bona: & maximè si signum anni fuerit

Vide Pro
lo. Aph.
29. 46.
Cent.

Infortu-
nij tem-
pus.

fuerit mobile.

Sol ad quadratum, vel oppositum Ascendentis reuolutionis, significat labores & difficultates ex parte regis, vel à patre.

Status
mali pro
gnostica
tio.

Sol infortunatus in reuolutione, significat declinationem sui status & difficultates, & contrarietates.

Luna coniuncta Soli in reuolutione, natus propriæ dignitatis ornamenta amittet.

Dominus anni si fuerit infortunatus, & separatus ab angulis & remotus à receptionibus, natus non habebit vllum bonum, sed accidet illi cuius est reuolutio in illo anno impedimentum, depressio, & infortunium in rebus suis.

Dominus anni si fuerit malè positus in radice, & reuolutione, significat laborem, & anxietatem in illo anno.

Dominus decimæ radicis in septima reuolutionis, apud magnates habebit negotia & contentiones.

Dominus decimæ radicis in octaua reuolutionis, timore aut mœrore afficietur in suis operibus ex parte regū, vel principum.

Ascendens reuolutionis si fuerit locus Solis radicis, & fuerit Sol in reuolutione infortunatus, significat malum statum, &

contrarietates à dominis.

Profectio horoscopi si venerit ad signum in quo fuerat Sol in radice, & fuerit Sol in radice, vel in reuolutione infortunatus, significat quòd habebit à rege laborem, & malum, vel à parentibus suis.

Profectio horoscopi si peruenerit ad quartam domum radicis, accidet nato sublannatio illo anno, ac vilipensio.

Dominus profectiois Solis si fuerit infortunatus, & dominus decimæ similiter, natus non exaltabitur illo anno, imò in dignitate sua, & officio, difficultates & molestias patietur.

Quando apparuerit aliquis de Cometis in ascendente natiuitatis, vel in signo profectiois, vel in ascendente reuolutionis vel in signo in quo peruenit diuisio, si fuerint quidem reges & principes hi, quorum est reuolutio, affligentur in præliis, & apostatabunt ab eis quidam, & apparebunt inimicis eorum, & facient iniusta populo, & forsitan destruentur.

Mali planetæ in decima domo si non fuerint domini reuolutionis anni & benè affecti: significant depressionem status nati, & malum annum.

Ex

Ex dictis oritur hæc questio an omnis Dubium
 fœlicitas, vt sic proficiscatur ab astris, & pro
 spero euentus semper eueniant ab instinctu
 bene fortunatorum an non? Ad hoc sen- Solutio.
 tiendo cum veritate catholica & naturali-
 bus dico, quòd cùm omnis ordo inferior sit
 ab ordine superiori, & nihil fiat sub orbe
 Lunari quin dependeat à primo ordine, qui
 primus ordo est in Deo optimo, & prima
 causa. Quapropter quicumque sint euentus
 boni, vel mali, semper sunt à prima causa:
 apparent quidem nobis mali, sed sua natura
 boni sunt: id euenit, quòd nō cognoscamus
 esse bonos ex imbecillitate ingenij nostri, &
 ignorantia nostra. Id dicerent naturales, li-
 cet sub alia ratione, vt autor est Aristoteles
 primo cœli. 100. & primo Metheo. in prin-
 cipio, & in 12. Metaph. Quòd à prima cau-
 sa dependet omnis ordo, & totus mundus,
 ergo à fortiori, & actiones nostræ. Eset di-
 sputandum de prædestinatione, & his simi-
 libus: sed quia hæc sunt extra negotium no-
 strum pertranseo: sed dico quòd omnis or-
 do sublunaris dependet à primo ordine tan-
 quam à prima causa vniuersali, à quo regi-
 tur vniuersum: & sic omnes fœlicitates, re-
 gna, & imperia à prima causa dependent:

postea mediatè ab astris, seu consequenter
 ab intelligentiis mouentibus orbem: postea
 à corporibus cœlestibus, quæ simul cum or-
 be influunt in partem nostram sensitivam:
 vt recedam ab Auicenna, qui dicit quòd ex
 intellectu & orbe fit vnum quod agit de ne-
 cessitate in animam nostram: Ego autè sen-
 tio secundum veritatem catholicam, cum
 sit quòd corpora cœlestia agunt indirectè
 in animam nostram, qua inclinatione fiunt
 tantum homines procliues ad bonos & in-
 fœlices euentus, si ergo erunt bonæ constel-
 lationes erit natus procliuis ad bene eligen-
 dum, sed econtra erunt constellationes pra-
 uæ, erit etiam natus procliuis ad prauè eli-
 gendum: & sic summatim dico quòd omnes
 fœlicitates & miserix, quæ dicuntur habitus
 dependent à prima causa, consequenter ab
 aliis intelligentiis, & corporibus cœlestibus:
 deinde immediatè à voluntate. Quomodo
 autem moueatur ipsa voluntas: dico quòd
 ab obiecto, vel ab illa impulsione corporum
 cœlestium, quod nihil refert pro nunc: ergo
 patet conclusio quòd multa regna si imme-
 diatè sunt à prima causa, tamen apparet no-
 bis quòd immediatè sint à voluntate hu-
 mana: sed primum sunt à Deo optimo: attamen

men

men cùm cor Regis sit in manu domini, & Prouer.
 quocunque voluerit vertat ipsum, sed ho- 21.
 mines qui instituunt leges videtur ipsis quòd
 sint primi autores legum, & huiusmodi, sed
 primum proficiscuntur à Deo, consequen-
 ter per causas secundas: deinde ab humana
 mente, quæ sic plura ab illo impetu, si fuerit
 bonus impetus, bene ordinabit: sunt ergo
 dogmata regum per propagationem, vt re-
 gnum Gallorum & Hispaniæ, & sic possu-
 mus dicere quòd omnes felicitates profi-
 ciscuntur à cælo, & à voluntate: attamen
 differenter, quia à cælo mediatè, à volunta-
 te humana immediatè: licet quòd omnia
 dependeant à Deo optimo.

DE VXORE.

CVM voluntas nostra sit supra vires
 castrorum, dico quòd nuptiæ legitimæ
 dupliciter sunt. Nam aliquæ sunt volun-
 tariæ, id est quod natus procliuus est sua na-
 tura, vt ducat vxorem. Aliæ enim concessæ
 sunt, non tamen voluntariæ, & per opposi-
 tum desiderium: sed per consilium, & impul-
 sionem à patribus, & parentibus. Istæ ergo
 constellationes sequentes & obseruationes

non habent locum in illis, scilicet inuoluntariè concessis, sed in illis natis, qui ducunt vxorem voluntariè: id est à proprio desiderio, & à natura, non autem à vi parentum.

Cōiugij
tempus.

Iupiter si peruenerit ad locum in quo fuit Venus in radice, existens in suo, aut Iouis domicilio, & aspexerit eum de sextili vel trino aspectu: significat connubium, nuptias, & gaudia pro mulieribus suis.

Iupiter ad gradum partis connubij per directionem si peruenerit, dando cuilibet gradui vnum annum, significat coniugium illo tēpore fieri: si natus in ætate apta fuerit.

Venus si proiecerit radios suos ad locum diuisionis, & Diuisoris, significat cōnubium nobile, & opportunū, & lætitiā cum puelis formosis, & ex rebus odoriferis, atque prætiosis vestibus gaudia.

Veneris ingressus ad locum Iouis in reuolutione, decernit vxorem.

Luna applicans ad locū Saturni, vxorem decernit vetulam, vel natus cum illa coibit.

Luna coniuncta Soli in reuolutione, ducet natus vxorem.

Pars coniugij ad gradum Iouis per directionem, significat coniugium illo anno.

Dominus ascendentis reuolutionis in
septima

septima domo, significat connubium, siue nuptias: si fuerit bene positus.

Dominus septimæ radicis si peruenerit per directionem ad gradum domini ascendentis, significat coniugium.

Profectio horoscopi ad locum Veneris, vel ad signum septimæ radicis, vel ad partem connubij: & Iupiter, vel Venus aspexerint locū illum, significat coniugiū illo anno.

Profectio horoscopi si peruenerit ad septimam radicis: vel si ascendens reuolutionis fuerit septimum signum radicis, sunt propria tempora coniugij.

Ascendens reuolutionis ad locum Veneris radicis, aut ad signum septimum radicis, vel ad locū partis coniugij, si natus in ætate apta fuerit, eo anno decernit vxorē.

Quando annus reuolutionis ab ascendente ad secundum signum peruenerit, natus illo anno vxorabitur.

Venus malè affecta commaculat vxorem, & concubinas, & in rebus venereis impedimenta denuntiat.

Vxoris
acciden-
tia.

Venere coniuncta caudę Draconis, vxor nati non rectè se habebit.

Dominus septimæ domus ab infortunis infortunatus sine auxilio Iouis, significat

vxoris ægrotationem, & detrimenta.

Vxor
mors.

Venus Occidentalis à Sole si fuerit coniuncta infortunantibus stellis, vel in ipsorum malo aspectu in reuolutione, significat mortem mulieris eo anno.

Mercurij oppositus ad septimam reuolutionis, significat periculum vxoris.

Saturnus in septima radice, & similiter in reuolutione, significat mortem vxoris.

Quando vna infortunarũ fuerit in quarta domo, & altera in septima reuolutionis, natus mortem vxoris videbit.

Fortuna
cum mu-
lieribus.

Profectio horoscopi si venerit ad signum in quo fuerat Venus in radice, & eam aspexerit de trino, aut sextili aspectu: significat gaudium, & lætitiã propter mulieres.

Profectio horoscopi si venerit ad septimam radice, si testimoniũ ibi fortunarum fuerit, significat gaudium ex coniugio & mulieribus.

Boni planetæ in septima reuolutionis idem significant.

DE FILIIS.

IVpiter si ad partem filiorum peruenerit, vel eam aspexerit, dabit filium.

Quando

Quando aliquis planeta fuerit in horoscopo radicis postmodum fuerit in reuolutione in quinta, sobolem seminabit, aut ex filio lætabitur.

Luna in quinta reuolutionis, sobolem pulchram donat.

Dominus horoscopi reuolutionis in quinta domo, filium seminabit, vel ei nascetur.

Ascendens reuolutionis ad locum radicis Mercurij, si natus fuerit in ætate habebit filium.

Ascendens reuolutionis si fuerit locus Veneris radicis, & ipsa aspexerit eum, natus habebit filium.

Ascendens reuolutionis si fuerit locus Iouis radicis, & ipse sit coniunctus ascendenti per corpus, vel per bonum aspectum, natus eo anno acquirat filium.

Profectio horoscopi ad locum Mercurij, & si Mercurius fuerit in eodem signo, vel illud foeliciter aspexerit, prolem seminabit, vel filius nascetur ei, si natus fuerit idoneus.

Fortuna
in filiis.

Profectio horoscopi si peruenerit ad locum Iouis radicis, & ipse aspexerit locum illum de trino vel sextili aspectu: fueritque aut in ipso signo, erit fors læta pro filiis & filiabus.

Profectio

Filiorū
acciden-
tia.

Profectio horoscopi si peruenerit ad signum quintæ domus radice: fueritque Saturnus dominus anni fortunatus, minatur puero paruū damnū, & leuē alterationem.

Venus malè affecta in reuolutione, commaculat filios & filias.

Mercurius infortunatus, significat malum filiis & seruis.

Saturnus in reuolutione in quinta domo, significat filij mortem, vel alterationem grauem & maximam.

Filiorū
mors.

Iupiter si peruenerit ad locum Martis radice, natus amittet filium eo anno: vel etiā si fuerit Iouis ad Martē malus aspectus.

Mars, vel Saturnus quando reperirentur in quinta reuolutionis, & in signo sub quo peragrauerant in radice, & signum illud in radice fuerit quinta domus, & horoscopi profectio peruenerit ad illud signum, significant mortem filij, si quem natus habuerit, vel grauem ægrotationem, vel damnum in illis, vel suis rebus.

Quando pars filiorum in genitura fuerit domus Saturni & in reuolutione fuerit in quarta domo, minatur mortem filij, vel grauem ægrotationem, & maximum periculum atque detrimentum.

Dominus

Dominus anni si fuerit Iupiter, vel Diuisor, fueritque in reuolutionis tempore cum Saturno sub terra: mortē filiorū significat.

DE AMICIS.

QVanta sit necessaria amicitia cuicunque individuo humanæ speciei norunt omnes, & maximè declarat Aristoteles 8. Ethic. cap. 1. Ex qua causa duas esse amicitias declarat Ptolomæus. Prima est maxima, & extrema: alia verò quæ secunda & media vocatur. Prima dicitur par affectio duorum, paris amor æqualis, & hæc est præcipua & maxima amicitia: quia quicquid volo, mihi volo & tibi: & posset propriè dici Amor, si propriè accipiatur Amor, & non improprie. Et secundum vulgus de tertia amicitia plura dixit Arist. in Ethicis. Et de hac prima amicitia loquitur Ptolomæus cap. 6. tract. 4. quæ est talis, quod reddit natum propensum ad volendum quod vult amicus: quòd vna eorum sit mens, vna substantia, & vnus honor. Alia vero amicitia (quam Græcus expositor Ptolomæi appellauit *sinasticam*) dicitur beneuolentia, quæ non est perfecta amicitia: sed est velle aliquod

Triples
amicitia
s. honesta,
vtilis
& voluptuosa.

quod bonū amico suo: nam amare est velle amico, quod sibi vult propriè, sed diligere est velle amico aliquod bonum: sic amicitia & benevolentia differunt, & vtriusque causas assignauit Ptolomæus vbi supra, vt prudens Lector hæc videre poterit. Et quoniam hæc materia est valde utilis hæsententiæ sunt annotandæ.

Fortuna
cum a-
micis.

Iupiter si fuerit in vndecima domo reuolutionis, nouos non obscuros amicos conciliabit sibi natus.

Mars cū fuerit dominus Ascendentis reuolutionis & irradiauerit quintam & vndecimam bono aspectu, significat hilaritates, & voluptates cum amicis & bonis fautoribus, & cum eis in quibus natus confidit.

Sol in vndecima domo reuolutionis bene affectus, significat bonos & nobiles amicos & vtilis.

Venus si fuerit in vndecimæ reuolutionis, nouos amicos habebit natus.

Venus domina vndecima domus in vtraque figura fortunata, idem significat.

Boni planetæ in vndecima reuolutionis, idem significant.

Dominus decimæ radicis in vndecima domo reuolutionis, significat quòd principum,

pum, aut regum amicitiam conseruabit.

Dominus duodecimæ radicis, vel reuolutionis in vndecima, significat, quòd aliquis inimicus erit nato amicus.

Quando aliquis planeta fuerit in tertia domo radicis: postmodum in reuolutione anni fuerit in tertia domo, conciliabit sibi amicum confimilem fratri charissimum.

Dominus horoscopi reuolutionis in vndecima domo, dabit amicos nobiles & vtiles.

Dominus horoscopi si fuerit in septima, vel quarta domo, conciliabitur cognatis, vxori, & subditis, atque ab illis amabitur, & honorabitur natus.

Profectio horoscopi si peruenerit ad locum Iouis radicis, & ipse aspexerit locum illum de trino, vel sextili aspectu vel fuerit in ipso signo, erit fors læta pro amicis.

Profectio horoscopi si venerit ad septimam radicis, si testimonium ibi fortunarum fuerit, significat quòd natus associabitur cum suis æqualibus, ex quibus sibi bonum eueniet & gaudium.

Dominus vndecimæ domus radicis in septima reuolutionis: significat amorem erga amicos suos, & firmam amicitiam cum sociis suis.

Dominum

Dominum vndecimæ domus reuolutionis cum domino vndecimæ natiuitatis considera, & secundum eorum dispositionem & qualitatem in figura reuolutionis fac iudicium de amicis.

Infortuna amicorum.

Saturnus si fuerit dominus vndecimæ & duodecimæ domus, decernit quòd amici erunt infideles & non reales, neque stabiles & constantes.

Mali planetæ in vndecima domo reuolutionis, significant impedimenta causa amicorum, vel mortem alicuius amici.

Dominus vndecimæ radicis in octaua reuolutionis, significat mortem vel amissionem alicuius amici.

Cauda Draconis in vndecima natiuitatis, & similiter in reuolutione, significat amicorum diminutionem, & modicam gratiam cum amicis.

DE INIMICIS.

Cum inimicis fortuna.

IVpiter in duodecima reuolutionis: significat potentes aduersarios propter inuidiam, sed nihil obesse poterunt: nam aduersariorum improbitas conculcabitur, & lingua odiosa obmutescet: & idem significat cum

cùm Iupiter fuerit dominus sextæ domus.

Mercurij oppositus ad septimam reuolutionis, significat infortunium inimici manifesti.

Mars si fuerit Diuisor & in bono loco in radice, & in aliqua dignitate Iouis, natus vincet suos inimicos, & aduersarios.

Stellæ infœlices in duodecima domo si fuerint, significant quòd inimici nati contra natum non præualebunt.

Dominus anni, ac Diuisor si fuerint beneuoli planetæ, in malo loco locati, aut retrogradi, fueritque in reuolutione aliquis de duobus planetis in ascendente, vel in medio cœli, significant inimicorum victoriam.

Ascendens reuolutionis & ipsius dominus, & Luna si fuerint malè affecti ab aliquo maleficorum à coniunctione, quadrato, & oppositione, obnuntiant pernitiem nati, & suorum inimicorum victoriam.

Si eclispatus fuerit Sol, vel Luna in ascendente reuolutionis, vel in medio cœli: vel in gradu signi diuisionis, & fuerint eorum domini in signo Eclipsis: significat sollicitudines, & inimicorum superationem.

Capricornus in duodecima domo, &

Bb

Aquarius in ascendente reuolutionis, significat quòd aliqui hostes occulti, vltro amicitiam nati exoptulabunt.

Cum ini-
micis in-
fortunia

Capricornus vel Aquarius in duodecima reuolutionis, & Saturnus in septima, significant quòd hostis occultus fiet nato publicus.

Saturnus in sexta, vel octaua reuolutionis, significat rixas inimicitias, contrarietates, & causas.

Saturnus in septima reuolutionis, significat grauamina ex parte mulierum, & aduersariorum.

Iupiter si in aliquo anno fuerit in duodecima domo, significat quòd inimici nati contra eum præualebunt.

Mars si fuerit in horoscopo reuolutionis, indicat inimicos illi nato nocituros.

Mars quando fuerit in septima domo reuolutionis, significat rixas, inimicitias, contrarietates, & causas.

Sol in duodecima domo reuolutionis infortunatus, significat quòd inimici occulti molientur nato multam grauitatem.

Venus, vel stellæ fœlices in duodecima domo reuolutionis si fuerint, significant quòd inimici contra natum præualebunt.

Luna

Luna in reuolutionis themate sub masculino signo, infortuneturque à Marte, & Saturno, & fuerit dominus loci maleficus, minatur damna, & inimicos potentes.

Dominus anni in septima domo, vel duodecima Occidentalis, vel in domo sibi inimica, intueaturque à Saturno, vel à Marte, Ioue non respiciente Lunam, neque anni dominum, indicat fore, vt sustineat ignominias, & contumelias ab hostibus suis, & iacturas bonorum.

Dominus anni à Sole combustus, significat graua detrimenta ab inimicis.

Dominus decimæ domus radicis in duodecima reuolutionis, significat quòd ex parte regis, vel principum insidias & molestias sustinebit.

Dominus vndecimæ radicis in duodecima reuolutionis, significat perturbationem pro amicis, & eorum gratia labores suscipiet natus, vel amici fient eius inimici.

Dominus duodecimæ domus radicis in secunda reuolutionis, significat quòd inimicorum occultorum rixæ, & causæ contra natum stabunt.

Dominus Ascendentis reuolutionis in duodecima domo, significat inimicos pluri-

mos, & carceres, siue tribulationes, & anxietates ab inimicis.

Ascendens reuolutionis si fuerit locus Caudæ Draconis radice, significat natum venturum in potestate suorum inimicorum, & metu arrepturum fugam.

Ascendens reuolutionis si fuerit signum sextæ, vel duodecimæ domus radice, significat malum ab inimicis eo anno nato.

Ascendens reuolutionis si fuerit signum septimæ domus radice, significat rixas & litigia multa.

Diuisor si fuerit beneuolus planeta, & secundum natiuitatem fuerit mali esse in loco contrario, fueritque dominus anni, ac Luna & ascendens reuolutionis impediti, significat contrarietates in illis annis.

Profectio horoscopi si venerit ad signum in quo fuerat Cauda in radice, significat quòd natus erit in potentia inimicorum suorum, aut potentiores eo erunt, vel fugiet, aut abscondet se ab eis.

Profectio horoscopi si venerit ad septimam domum radice, si testimonia infortuniorum ibi fuerint, significat rixas & contrariatores, causas & molestias ex parte mulierum & coniugij.

Angu

Angulus quartæ & septimæ domus, & eorum domini si in aliqua reuolutione fuerint infortunati, eo anno graua impedimenta ab inimicis decernunt.

DE ITINERIBVS.

Iupiter in nona domo reuolutionis, significat honorata itinera cum vtilitate.

Sol in nona domo reuolutionis, significat honorata itinera, vel ad regem iter.

Luna in nona vel in tertia domo reuolutionis, significat itinera.

Luna applicans ad locum Iouis, decernit itinera in locis aquaticis, & de vno loco in alium.

Caput Draconis in nona domo, significat vtile iter.

Pars fortunæ in nona domo reuolutionis, significat iter vtile & cum multo proficito.

Dominus anni in nona domo reuolutionis, significat iter.

Dominus anni si vulneretur ab aliquo malefico planeta, erit annus ille formidabilis, magnæ sollicitudinis, ac multorum itinerum: cum quo si fuerit Iupiter configura-

tus, indicat homini immobilitatem.

Dominus ascendentis reuolutionis in tertia, vel nona domo, decernit itinera.

Dominus ascendentis radice in nona domo reuolutionis, significat itinera.

Dominus secundæ domus radice in nona reuolutionis, significat quòd natus faciet plurima itinera propter lucrum.

Dominus decimæ radice in nona domo reuolutionis, significat quòd regum, & nobilium, vel magisterij causa itinera faciet.

Dominus vndecimæ domus radice in nona reuolutionis, significat quòd amicorum, & fautorum causa, in itineribus versabitur.

Dominus nonæ in duodecima domo, paruum vtilitatem portendit in longis itineribus.

Multi planetæ in tertia, vel nona domo reuolutionis, significant crebra itinera.

Planeta peregrinus in Ascendente radice, si fuerit in tertia, vel nona domo reuolutionis, peregrinabitur natus eo anno secundum naturam domus in qua fuerit, & erit paratus ad itinera longa & breuia.

Profectio horoscopi si fuerit signum nonum, vel tertium radice: vel fuerit signum partis

partis itineris: iter significat illo anno.

Dominus ascendentis reuolutionis in quarta domo, significat quòd eo anno natus non faciet itinera.

Mars infortunatus in reuolutione, de- Itineris
accidētia
monstrat nato iacturas & pericula in peregrinationibus.

Saturnus, vel Mars si fuerint in tertia domo radice, & consimilis cælorum afflatus fuerit præcisè in schemate annui voluminis, & dominus tertiæ domus esset male affectus, significat quòd ita genitus in peregrinationibus aliquid periculi experietur.

Mali planetæ in tertia, & nona reuolutionis, idem significant.

Dominus nonæ radice in duodecima reuolutionis, significat quòd natus peraget itinera causa inimicorum suorum: vel natus acquirat inimicos, vel habebit carceres in itineribus.

Ascendens reuolutionis ad locum Martis deuolutum radice, si mali aspexerint, peregrinabitur natus cum metu magno.

Profectio Orientis ad locum Martis in radice, & in reuolutione aspexerit eundem locum de quadrato, vel oppositione: vel fuerit in eodem signo, minatur labores &

DE NATIVITATVM

pericula in itineribus per loca aspera, & tremebunda à latronibus.


Profectio Orientis si peruenerit ad nonum, vel tertium signum radiceis, sitque Saturnus in utroque themate, & ipsum inimico intueatur aspectu, indicat itinera cum maximo periculo.

Dominus quintæ domus radiceis in tertia domo reuolutionis, significat quòd nati filij itinera breuia facient.

Dominus sextæ domus radiceis in tertia reuolutionis, significat quòd nati, serui, & subiecti peragent plurima itinera.



QVOMODO EA QVAE
 in hoc libro de euentibus dicta
 sunt, ad vsum sint ac-
 commodanda.



DE NATIVITATVM

PRo reuolutione vigesima octaua huius
 proposita genitura: quæ reuolutio fuit
 anno Christi currente 1550. die 18. Iulij.
 hora. 5. min. 49. secun. 30. post meridiem:
 iuxta decreta canonis primi & secundi hu-
 ius libri scilicet. De erigendis figuris, &c.
 in quo tempore in Oriente ascendebat 7.
 grad. ♃ & planetæ erant videlicet.

Retr.	h	7	4	♁
	4	21	40	♈
	♂	28	2	♉
	☀	4	46	♊
	♀	19	47	♋
	♃	0	52	♌
	♄	7	16	♍
	♅	27	29	♎

Formauimus autem figuram, & ordinaui-
 mus in ea locationes planetarum ad
 radiationes ipsorum partes etiam
 cadentes in ea, & reliqua:
 & nato dedimus iu-
 dicio tali
 pacto.



Anno tuæ vitæ 28. labente (vir Magnifice) qui exoritur die 18. Iulij, vt supra in themate notato pro domino anni Martem habes, ipseque in loco diuisionis erit Diuisor, qui cum Mercurio Alfridaræ potestatis dominium tenet vsq; ad diem 25. Nouembris:

bris: & postea cum Mercurio sequetur Sol in societate: Orbisque dominus item erit ipse Mars in loco quartæ domus: & Venus cum Luna successionem temporis accipiet. Hæ stellæ cum aliarum stellarum mixtione quid portendant paulatim ostendam. Tria breuiter in hac tua anni reuolutione faciã, Primum, determinabo quæ ad corpus pertinent. Secundò, quæ sint animi accidẽtia. Tertiò, quæ fortunæ sint.

De infirmitate, & accidentibus corporis.

Circa primum dico quòd in natiuitate habemus dominum Ascendentis, qui separatur à domino octauæ domus, qui vt plurimum valetudinem, sanitatẽmque corporis significat: nihilominus in hoc anno cauere debes ab humidis & dolore oculorum causato ex descensu humiditatis à capite, vt domus sexta natalis, & prima reuolutionis, & eius dominus diametrali vulnere à Sole fauciatus insinuat, qui quidem Sol dominus est Ascendentis genituræ. Nam sententia est omnium Astrologorum. Dominus ascendentis radicis quando à malis aspicitur, significat nato malum, & infirmitatem

tatem secundum naturam planetę qui aspici-
cit eum. Nec eris immemor (cũm Luna de-
uoluatur in nona domo ad locum natalitij
Martis, sitque Mars anni particeps) cauere
à nimio calore, & aliqua capitis offensa.
Aegrotaris ergo infirmitate forti, de qua
damnabitur complexio & cerebrum tuum,
vt dixit Hermes cap. 36. lib. 2. quando men-
tionem de domino Ferdarię fecit: & ex fre-
quenti, & inordinato motu subuertetur
stomachus, & ad vomitum concitaberis: hoc
tantum pro comperto habebis, quòd cito
sanaberis, vt demonstrat Luna benè posi-
ta in tua reuolutione, & Diuisor benè affe-
ctus in vtraque figura, scilicet radicis & re-
uolutionis.

Sed quo ad accidētia corporis dico cũm
in natiuitate reperiatu Saturnus in octaua
domo cum Capite Draconis, Lunę trian-
gulatus in signis paucarum Ascensionum:
insuper & ipsum luminare maius: quòd &
dominus Ascendentis constitutus in do-
mo carceris, quòd significat pericula inci-
dendi in seruitutem ac captiuitatem quo-
cunque modo, quę contingere possint: quę
omnia & si leuia sint, tamen cauendum est
hoc anno à causis, quę possint hæc inferre.

Et

DE NATIVITATVM

Et ideo habebis contrarietates, & ibis de vna anxietate in aliam & tibi accident molestiæ, & maximæ grauitates per carceres, seu causa incarceratorũ: credo tamen quòd euades ab omnibus istis accidentibus cum tua gloria & lætitia: vt insinuat Sol post Martis dominium cum Mercurio in societate Ferdariæ. Et hoc idem decernit dominus anni, & Diuisor benè affecti in tua reuolutione: quoniam vniuersalis sententia est. Ascendens reuolutionis quando fuerit signum sextæ domus radicis, indicat eo anno malum futurum, vt pote rixas causa seruatorum, carceres, exilium, & fortunarum iacturas. In reliquis autem nullum accedet infortunium.

Circa hæc tempora videlicet.

16. 17. 18. Octobris.

Item 21. 22. 23. Ianuarij.

Item 2. 3. 4. Maij, secundum meum iudicium hæc infortunia tibi denuntiant constellationes supradictæ: Hæc de corpore & accidentibus corporis dicta sufficiant.

De qualitate animi.

MArs dominus anni decernit fortitudinem animi, & salutem memoriæ & intelle

intellectus: ideo eris audax in factis tuis, & letitiam habebis ex parte tui generis, & commutabitur animus tuus in letitiam gaudia, & alacritatem: quoniam Mars dominus anni reperitur in quinta domo reuolutionis benè affectus in termino & triplicitate sua. Et quamuis Mercurius sit infortunatus à Marte ex quadrato aspectu, qui dat nato ingenium obtusum, segne, & turbulentum, adeò quòd natus nesciet sibi ipsi consulere: nihilominus habebis ingenium clarum & bonum, ita quòd facilius operam impendere poteris literis, vt Mercurius multifariam demonstrat. Verum ex suo infortunio orietur quòd anima sensitua vincet rationalem. Cùm ergo Mercurius reperiatur in signo sui domicilij & exaltationis: & cùm deuolutus sit ad locum in quo fuerat Iupiter in radice, & habeat testimonium in anno, augebis in doctrina, sensu, & consilio, vt dicitur ab Abenragelle cap. 9. par. 6.

Sed quo ad inclinationes dico quòd cùm sit Mars dominus anni, tibi pronitatẽ dabit ad iracundiam, ad violentiam, calliditatẽque: verum lætaberis in negotio mulierum, vestibus & rebus odoriferis, quia Iupiter coniunctus est corporaliter Veneri, in
anni

anni reuolutione. Et quamuis Mars in quinta domo reuolutionis fuerit positus, qui tibi aliquod malum annuntiat, ex qua causa in corde tuo tristitias, molestiasque concipies, nihilominus augebuntur tuæ hilaritates, gaudia ac valor qualibet die, & multiplicabuntur homines & socij tui pro tua bona qualitate: sicut ostendit Sol dominus Ferdariae in societate Mercurij: facile tamen poteris morte quorundam lætari, ac quorundam aliorum timere, vt sic mens tua in varias curas scindatur.

Erit animus tuus anceps in rebus tuis, & piger in absoluendis tuis negotiis, tamen in actionibus tuis eris fortunatus, & tibi benè succedent actiones, adeo quòd tu non eris iterum ad reiterandas illas propensus, vt insinuat dominus anni benè affectus in anni reuolutione. Patieris tantum aliquod damnum, siue detrimentum causa scripturæ, siue seruorum, vt demonstrat Mercurius infortunatus in anni reuolutione à

Marte ex quadrato aspectu. Et

hæc de his quæ ad animum

pertinent dicta suf-

ficient.

De

De diuitiis & accidentibus fortunæ.

AVgebis tuas opes partim donationibus, partim causis mortuorum, & rebus similibus, & causis inopinatis, & non speratis, vt insinuat pars fortunæ in secunda domo, & eius dispositio in quinta benè affecti: quare in rebus substantiæ, negotia ex sententia benè succedent: sed in mercatura fortunam prosperam non habebis, immo quicquid de tuo tenebit socius tuus (si cum aliquo societatem feceris) amittes per illius fraudem, vt dicitur ab Abenragelle cap. 4. par. 6. verum ex parte dominorum, vel ab aliis qui tibi iunguntur, diuitiæ & lucra peruenient: vt insinuant domini Ferdariæ Mercurius & Sol.

Item Luna effecta gubernatrix in temporis successione cum Venere: vt dicit Mater-nus cap. 38. lib. 6. decernit lucrorum copiosa præsidia, & omnia bona ex assidua fœlicitate. Rursus dominus secundæ domus in prima domo reuolutionis constitutus, te vltra fortuna ditandum demonstrat, & conueniunt omnes Astrologi, sine magno labore partim tua industria, & ingenio, & doctrina, partim instinctu viri benè fortunati, & partim morte tuorum.

DE NATIVITATVM

De statu & honoribus.

Signum progressionis horoscopi in decima domo reuolutionis te honorandum significat, magistratúque insignendum demonstrat: cùm permittant legum decreta, vel statuta patriæ: verùm finem laudabilem minimè video, cùm sit anni dominus in quinta domo in proprio detrimento.

Rursus Mercurius deuolutus ad locum Saturni & Iouis, qui erant in natiuitate in octaua domo ab ascendente, & cùm habeat dominium in Ferdaria, decernit dignitatem & honorem, quẽ ab alio te maiori habebis: vt habetur ab Abenragelle cap. 9. par. 6. Verùm cū sit ipse Mercurius oppressus ab aspectu inimico Martis, dico hãc dignitatẽ non esse sine tuo maximo damno & detrimento.

De vxore & filiis.

CAeterum quo ad vxorem & filios, impelleris à pluribus ad coniugem accipiendum: sed cùm tam dominus ascendentis quàm septimæ radicis sese offendant, nihil concludetur: immo consulo te omnes reiicere, qui te copulari vellent, caue ne senibus, & vetulis illaquearis & decipiaris: Est enim præcipuũ infortunium, vt sese impugnẽt dominus primæ & septimæ radicis.

Hoc

Hoc idem decernit Mercurius cùm deuoluatur ad locum Iouis radicis, qui erat in octauo loco ab ascendente, & cùm ipse Mercurius habeat testimonium in anno, tibi dabit pronitatem ad accipiendam vxorem, postquam es in ætate apta & cõuenienti ad faciendum legitimum matrimonium, quod si facies tristitiam & damnum tibi accidet: quoniam Mercurius malè aspicitur à Marte: qui est corruptor omnium rerum. Et quamuis Sol dominus Ferdariæ in societate Mercurij significet quòd vxorem duxeris formosam, nihilominus hanc pronitatem (vt credo) non posueris in actu: eris tamen multum propensus ad mulieres, cum quibus habebis rem multis modis.

Rursus Luna effecta gubernatrix in temporis successione cum Venere, idem decernit: vt dicitur à Materno cap. 38. lib. 6.

Venus novos ignes accendet in pectore, ex eius reditu ad pristinum natalis signum, & maximè Ioui copulata. Verùm modamina adducet, & illustri te necetet vinculo.

Non facilè generare poteris sobolem: vt insinuat Mars in Tauri signo positus in quinta domo: immo si habueris filios aliquem illorum amittes.

DE NATIVITATVM

De amicis & inimicis:

PLures & nouos tibi comparabis amicos: hostes si quos habes partim reconciliabunt, partim deperibunt. Verum inimicitiam cum vilibus hominibus valentibus minus te habebis: tamen vinces inimicos, & aduersarios tuos: vt insinuat Mars in societate Mercurij in dominio Ferdariæ.

De itineribus.

LVna in nona domo reuolutionis pronitatem dabit ad itinera, & hoc idem decernit Mercurius deuolutus ad locum Saturni radicis, qui erat in octaua domo ab ascendente, in quibus recipies aliquod incommodum, vel damnum: vt habetur ab Abenragelle cap. 9. par. 6. Quoniam Mercurius fauciatus est à Marte ex quadrato aspectu.

Rursus, Mars in societate Mercurij in dominio Ferdariæ indicat longum iter. Et hæc de his quæ pertinent ad accidentia fortunæ, dicta sufficiant. Deus ergo per suam sanctam gratiam fortunam prosperam tibi concedat, & malam omnino anichilet. Vale.

Dies infœlices & fœlices huius reuolutionis causa breuitatis nunc relinquo prudentiæ lectoris per superius dicta.

Aphorif

APHORISMI GENE-

*rales in reuolutiones natiuitatum,**ex mente Abenragellis**cap. 13. par. 6.*

SI qua duodecim domorum fuerit infortunata, & eius dominus similiter, significat damnum in significationibus suis: sed si domus & eius dominus fuerint fortunati, significant restitutionem, seu meliorem fortunam, & bonum in significationibus suis.

Si aliqua duodecim domorum aspexerit dominum ascendentis, vel dominus ascendentis eam amico aspectu, adducit significationes pro natura illius domus.

Si dominus ascendentis applicuerit alicui planetæ existenti in aliqua domorum, aut ille planeta applicuerit de domo illa domino ascendentis, adducit significationes conuenientes sibi pro natura illius domus.

Saturnus in reuolutione alicuius anni si fuerit infortunatus, significat malum statum, & damnum in senibus illius progeniei, & in rebus quæ sunt de proprietate Saturni, & in eo quod significat per signum in quo

DE NATIVITATVM

est, & in rebus quæ sunt naturæ domus in qua fuerit.

Iupiter in reuolutione si fuerit infortunatus, significat malum statum in victu & rebus quæ sunt de proprietate Iouis, & de natura signi ac domus in quibus fuerit.

Mars in reuolutione si fuerit infortunatus, significat malum statum fratrum, & damnum in itineribus & militia, secundum naturam signi & domus vt supra.

Sol in reuolutione si fuerit infortunatus, significat parentum damnum, & maiorum illius progeniei: secundum naturam signi & domus vt supra.

Venus in reuolutione si fuerit infortunata, significat damnum in mulieribus & concubinis & amicis & sociis & bonis & filiis & disturbance in vitiis & appetitu: secundum naturam signi & domus vt supra.

Mercurius in reuolutione si fuerit infortunatus, significat impedimentum de quo nescit sibi consulere, ignorantiam ac damnum intellectus & in filiis & seruis: secundum naturam signi & domus.

Luna in reuolutione si fuerit infortunata, significat malum statum & damnum in corpore, diminutionem salutis & damnum
in

in matre ac sorboribus : secundum naturam signi & domus.

Omnis planeta existēs in partitione sua, & proiiciens radios suos ad terminum in quo est in radice, significat illo anno significaciones proprias sui planetæ. Exemplo res magis illucescet.

Iupiter si habeat dominium in anno reuolutionis, & sit Diuisor, & proiciat radios intermino natiuitatis in quo fuerit, & non sit infortunatus in radice, & sit in bono loco in reuolutione, significat illo anno coniugium, & filios, & quòd associabitur nobilibus, & eis iungetur, & ascendet ad nobilitatem, & potentiam secundum quòd fuerit significatio radice.

Mars si proiecerit radios suos hoc modo, & Saturnus aspexerit Martem quouis modo, & non percusserit ibi radius fortunæ, significat infirmitates magnas, & longas, aut mortem per manum inimicorum suorum.

Sol si proiecerit radios suos hoc modo, significat illo anno potētiam & dominium, & quòd se associabit cum regibus & claris, & quòd veniet in æstimationem & famam, & lætabitur cum parentibus & progenie

sua, & lucrabitur substantiam ex parte suorum parentum.

Venus si proiecerit radios suos hoc modo, significat illo anno bonum coniugium, & de nobili progenie ac clara, lætabitur ratione mulierum ac dabit se ludis, cantibus & lætitiis.

Mercurius si isto modo proiecerit radios suos, significat quòd illo anno augmentabitur intellectus & doctrina ipsius ac suum ratiocinari, & dicet ac loquetur res quibus magis valebit, & augebitur fama eius, & crescet eius fortuna causa filiorum.

Saturnus si proiecerit radios suos hoc modo, significat tristitiam ratione patrum & filiorum, infirmitates in corpore, & perturbationem sui sensus illo anno.

Cùm peruenerint infortunæ ad locum conuenientem, non nocebunt, si non fuerit eius significatio in radice natiuitatis: & similiter fortunæ non proderunt, cùm non sit ex eis in radice significatio: vt dicitur ab Almanfore Aph. 81.

Hermetis sententiæ.

4. Iupiter configuratus maleuolis mutat eorum malitiam in bonum. Venus non potest

test hoc facere, nisi adiuuetur à Ioue: & ideo in augmentando bonum, & in prohibendo malum Iupiter multo melior Venere reputatur.

27. Iupiter soluit Saturni malitiã, quem admodum Venus Martis.

32. Euntes ad configurationem malorum beneuolæ, ex quacunque figura diminuunt aliquid eorum malitiæ, & per bonas quidem figuras magis, per malas verò minus. Maleuolæ verò euntes ad configurationem bonarum ex quadrato quidem vel opposito diminuunt aliquid bonitatis earum, ex aliis verò aspectibus nihil.

8. Aspectus non potest diminuere significationem coniunctionis. Coniunctio verò diminuit significationem aspectus: nam coniunctio fortior est aspectu.

26. Sol recipit planetarũ virtutes, quando in Ascendente, vel in domo medij cœli iungitur cùm eisdem. Hoc in nocte Luna facit similiter, cùm eisdem locis iuncta fuerit cum prædictis.

65. Existentibus planetis sub radiis, cùm infra 12. gradus Soli proximi fuerint, infortunantur, nisi fuerint in eodem gradu cum eo. Cùm verò 12. gradus transierint, exi-

stentes Orientales, sunt fortes.

57. Existentibus beneuolis in signis, in quibus non habent dignitatem, transfundetur eorum benignitas.

78. Esto suspetiosus atque sollicitus, quando beneuolus est cum maleuolo, nec valde confidas, quòd mali malitia penitus auertatur.

59. Donat fœlicitatem immensam planeta beneuolus, cùm fuerit in propria domo receptus: maleuolus verò abstinet se à malitia multa, dum fuerit taliter receptus.

99. In propria domo vel exaltatione, si fuerit maleuolus, licet cum tarditate, tamen exhibet bonũ finem. Si verò idem in ascendente fuerit impeditus, quamuis in domo propria, vel exaltatione, infert tamen impedimentum, & malum finem.

93. Auget in octauo maleuolus suam malitiam, beneuolus verò ibidem neque bona exhibet neque mala.

Almansoris sententia.

7. Quando duæ coniunguntur infortunæ, fit ex eis fortuna perfecta: sicut ex duarum fortunarum coniunctione: & hoc secundum

cundum dicta Ptolomæi.

9. Non prodest aspectus trinus & sextilis infortunarum: sicut nec obest quartus & oppositus fortunarum.

36. Venus dissoluit quod ligat Mars: & Iupiter dissoluit quæ ligat Saturnus.

52. Cùm recipiet infortuna fortunam, non impediet eam, maximè autem cùm non aspexerit eam ex quarto, vel opposito, nec fuerit in eodem signo, maximum est planetarum impedimentum, cùm fuerit in locis peregrinus.

53. Omnis planeta cùm in eodem puncto Soli coniunctus fuerit, ibit festinanter: cùm ad eum accesserit, ibit pedetentim.

78. Infortuna suum locum calefacit & impedit, Sol verò calefacit, & non impedit.

83. Maius infortunium Saturni est, cùm fuerit in signis foemininis: sed Martis cùm fuerit in masculinis.

106. Auerte oculos tuos à figura in qua Mars fuerit in angulo, maximè cùm fuerit ascendens Scorpio.

Sententiæ

SCito quòd mali necessariò sunt sex.
Nam duo sunt mali naturaliter Satur-
 nus & Mars:& duo accidentaliter, Mercu-
 rius & Sol. Duo verò localiter, caput & Cau-
 da Hæc Omar lib.1.

Dixit Ptolomeus, & dicunt multi alij sa-
 pientes, quòd planeta non dicitur cadere ab
 angulis, nisi elongetur ab eis per quinque
 gradus.

Planeta cum fuerit sub radiis Solis com-
 bustus, vel fuerit in eius oppositione, erit de-
 bilis: quia in hoc loco nulla vtilitas: nihil bo-
 ni est bonis planetis: nec est aliquid mali pla-
 netis malis: quoniam fortunæ significant
 nullum, vel modicum bonum, cùm fuerint
 combusti: mali similiter cum fuerint com-
 busti, paucam vel nullam virtutem habent
 significandi malum: minúsque impedimen-
 tum possunt tūc inferre. Hæc Zael Aph.29.

Fortunæ in sexta domo non sunt fortu-
 næ propter obscuritatem tenebrarum &
 casum suum. Abenragel. cap.4. par.5.

Caput iunctum si fuerit cum Saturno
 minuit de malo, & damno eius: hæc Aben-
 ragel. cap.7. par.5. vide Herm. Aph.66. Al-
 man. sent. 94.

Caput

Caput non offendit Solem propter convenientiã caloriseorum. Aben.cap.6.par.4.

Vicinitas Solis nocet omnibus stellis. Mars autem cùm fuerit oppressus à radiis Solis, naturalem enim malitiam Solem veneratus amittit. Iulij Fir.cap.8.lib.2.

De modo dividendi dies & menses.

SI alicuius mensis volueris initium scire vide Pto.
Aph. 87.
Cent.
 Sex mensibus reuolutionis, aspice quòd menses completi sint præteriti, & in tabula inquire talem numerum in regula mensium, quo peracto accipe quod inueneris in directo tabulæ dierum, & horarum & fractionum, & quod inueneris adiunge diebus & horis & fractionibus horæ radicis natiuitatis, aut reuolutionis, anni eius scilicet quẽ incipere volueris, & ex eo toto quod exierit, fac menses latinos. (quia cum illis est radix reuolutionum) & incipe ab eo mense in quo fuerat natiuitas vel reuolutio, scilicet ab illo eorum à quo inceperisti, & eiice menses perfectos, & quod tibi remanserit de diebus & horis & fractionibus aspice, quia in tot diebus mensis latini erit reuolutio mensis quem postulasti. Numerata etiam
 per

DE NATIVITATVM

per ordinem signorum ab applicatione illius anni & da cuilibet mensi completo vnum signum, & signum ad quod peruenerit numerus, erit gubernator illius mensis, incipiendo à quolibet ipsorum locorum: secundum cuius signi statum iudicabis in illo mense de vnaquaque dictarum rerum.

Tabula reuolutionis mensium secundum annum Tropicum.

Menses professionales.	Men.	Dies.	Hor.	Min.	Sec.	Ter.	Qua.
	1	28	2	17	38	9	14
	2	56	4	35	16	18	28
	3	84	6	52	54	27	42
	4	112	9	10	32	36	55
	5	140	11	28	10	46	9
	6	168	13	45	48	55	23
	7	196	16	3	27	4	37
	8	224	18	21	5	13	51
	9	252	20	38	43	23	4
	10	280	22	56	21	32	18
	11	309	1	13	59	41	32
	12	337	3	31	37	50	46
	13	365	5	49	16	0	0

Tabula

Tabula additionis dierum.

Di.	ho.	M.	Se.	te.	qu.	Di.	ho.	M.	2.	3.	4.
0	22	28	35	16	18	14	23	37	24	20	55
1	20	57	10	32	36	15	22	5	59	37	14
2	19	25	45	48	55	16	20	34	34	53	32
3	17	54	21	5	13	17	19	2	10	9	51
4	16	22	56	21	32	18	17	31	45	26	9
5	14	51	31	37	50	19	16	0	20	42	28
6	13	20	6	54	9	20	14	28	55	58	46
7	11	48	42	10	27	21	12	57	31	15	5
8	10	17	17	26	46	22	11	26	6	31	23
9	8	45	52	43	4	23	9	54	41	47	42
10	7	14	27	59	23	24	8	23	17	4	0
11	5	42	3	15	41	25	6	51	52	20	19
12	4	11	38	32	0	26	5	20	27	36	37
13	2	40	13	48	18	27	3	49	2	52	56
14	1	8	49	4	37	28	2	17	38	9	14

Si horis ac minutis annui, aut mēstrui voluminis adieceris horas 22. minuta 28. secunda 35. tertia 16. quarta 18. emerget conuersio diei immediatè sequentis: Sin verò diem vnum. horas 20. minuta 57. secunda 10. &c. profiliet conuersio diurna 3. diei naturalis. Quod ex tabella antecedenti excerpere poteris. Ad illas igitur horas ita compertas erige schema cœlicum, & quid illo die conscia fatorum sidera polliceantur: facilè admodum enuntiabis.

Significationes tamen reuolutionis annorum

DE NATIVITATVM

norum sunt firmiores & fortiores reuolu-
tionibus mensium.

De amicitia, & odio planetarum.

Naturaliter diligentes, & odio habentes se inuicem, iuxta antiquorum doctrinam, planetæ hi sunt inferius descripti.

Amici { Iouis omnes præterquam ♂
Veneris quoque planetæ omnes præter. ♁

Amici Sarurni { ♄
☀
♁ Inimici — { ♂
♀
tamen plus.

Amica Martis — ♀ Inimici eius omnes sunt, magis tamen & ♄ ☀

Amici Solis — { ♄
♀ Inimici — { ♂
♀
♁

Amici Mercurij { ♄
♀
♁ Inimici — { ☀
♁
♂
Amici

Amici Lunæ	{	♄			{	♂
		♀	Inimici	—		☼
		♁				♀
Amici Capiti	{	♄			{	☼
		♀	Inimici	—		♁
Amici Caudæ	{	♁			{	♄
		♂	Inimici	—		♀

Aliæ etiam sunt species inimicitia ratione oppositionis domorum, & exaltationū. Fortior autem planetarū amicitia est quando planetæ concordant in natura, qualitate, substantia & potestate. Quando autem amicus amico associatur augmentatur eorum bonitas, è contra in malis fit. Bonus verò in coniunctione mali malitiam ipsius, non tamen absque boni detrimēto mitigat.

Vide Alchabitij scripta.

Tabula amicitia & inimicitia signorum ad inuicem.

Amici perfecti cum mediis signis.											
♁	♂	♄	♃	♁	♂	♄	♃	♁	♂	♄	♃
♁	♂	♄	♃	♁	♂	♄	♃	♁	♂	♄	♃
♁	♂	♄	♃	♁	♂	♄	♃	♁	♂	♄	♃
Inimici perfecti cum mediis signis.											

DE NATIVITATVM
Planetarum fortitudines & debi-
litates colligere.

HAbent planetæ in singulis signis cæle-
stibus potestates seu dignitates, tum
essentiales seu naturales, tum accidentales.
Dignitates, quæ sunt per naturam, sunt hæ.
Domus, exaltatio, triplicitas, terminus, &
facies. Dominus domus, habet 5. dignitates.
Dominus exaltationis, 4. Dominus tripli-
citatatis, 3. Dominus termini, 2. & Dominus
faciei, vnicam: vt patet in hac sequenti
tabula.

Hæc tabula etiam in aliorum libris cir-
cumfertur, sed errorem habet in triplicita-
tis aqueæ distinctione, quem ex Ptolomæi
doctrina sic restituimus. Mars tam diurna
quàm nocturna natiuitate, triplicitatem ha-
bet in Cancro, Scorpione, Piscibus. Parti-
cipes sunt Venus in diurna: Luna verò
in nocturna genitura: quod hic obi-
ter monere volui: ideo lege
Ptolomæum cap. 19.
lib. primi.

Termini.	Faciei.	Triplie.	D. G.	Termini.	Faciei.	Triplie.	D. G.
1			1				1
2			2				2
3			3				3
4			4	♂			4
5	♂		5	♂	♂		5
6			6				6
7			7				7
8			8				8
9			9				9
10			10				10
11			11	♂			11
12			12				12
13			13				13
14			14				14
15	♂		15	♂	♂		15
16			16				16
17			17	♂			17
18			18				18
19			19				19
20			20				20
21			21				21
22			22				22
23			23				23
24	♂		24	♂	♂		24
25			25	♂	♂		25
26			26				26
27			27				27
28			28				28
29			29				29
30			30				30

Domus ♂ diurna.
 Exaltatio ☀ 19. gradu.
 Casus ♀ 21. gradu.

Domus ♀ nocturna.
 Gaudium ♀.
 Exaltatio ☀ 3. gradu.

DE NATIVITATVM

II	Triplie.	Faciei.	termini		GG	Triplie.	Faciei.	Termini.
1					1			
2					2			
3					3			♂
4	h	4	♂		4	♀	♀	
5					5			
6					6			
7					7			
8					8			
9			4		9			♀
10					10			
11					11			
12					12			
13					13			
14	♂	♂			14	♂	♂	
15			♀		15			♂
16					16			♂
17					17			
18					18			
19					19			
20			♂		20			
21					21			
22					22			
23					23			4
24					24	☉	☉	
25	4	☀			25			
26			h		26			
27					27			
28					28			h
29					29			
30					30			

Domus ♀ diurna.
 Exaltatio ♄ 3. gradu.
 Casus ♃ 3. gradu.

Domus die ac nocte ☉
 Exaltatio ♃ 15. gradu.
 Casus ♀ 28. gradu.

Termini.	Faciei.	Triplie.	Termini.	Faciei.	Triplie.
1			1		
2			2		
3			3		
4		♂	4	♂	☀
5	☀		5	☀	☀
6			6		
7			7		
8			8		
9		♂	9		
10			10		
11			11		
12			12		♂
13			13		
14		♂	14	♂	
15	♂	♂	15	☀	♂
16			16		
17			17		
18			18		
19			19		♂
20		♂	20		
21			21		
22			22		
23			23		
24			24	♂	♂
25	♂	♂	25	♂	♂
26			26		
27		♂	27		
28			28		
29			29		
30			30		♂
Domus die ac nocte ☀.			Gaudium ☀ Domus ☀ nocturna. Exaltatio ☀ 15. gradu. Casus ♀ 27. gradu.		

DE NATIVITATVM

Q. G.	Triplie.	Faciei.	Termini.		M. G.	Triplie.	Faciei.	Termini.
1					1			
2					2			
3					3			
4	h	☉	h		4	♂	♂	♂
5	h	☉			5	♂	♂	
6					6			
7					7			
8					8			
9					9			
10			♂		10			♂
11					11			
12					12			
13					13			
14	♂	h			14	♂	☀	♂
15	♂	h			15	♂	☀	♂
16					16			♂
17			h		17			
18					18			
19					19			
20					20			
21					21			h
22					22			h
23					23			
24	h	h	♂		24	☉	♂	
25	h	h			25	☉	♂	
26					26			
27					27			h
28					28			h
29			♂		29			
30					30			

Domus ♀ diurna.
 Exaltatio h 12. gradu.
 Casus ☀ 19. gradu.

Domus ♂ nocturna.
 Gaudium ♂
 Casus ☉ 3. gradu.

Termini.	Faciei.	Triplie.	Termini.	Faciei.	Triplie.
1			1		
2			2		
3			3		
4	♂		4	♂	♂
5		☀	5	♂	
6			6		
7			7		
8			8		
9			9		
10			10		
11			11		
12			12		
13			13		
14			14	♂	
15	♂	♁	15	♁	♂
16			16		
17			17		
18			18		
19			19		
20			20		
21			21		
22			22		
23			23		
24			24	♂	♂
25	♂	♂	25	♂	☀
26			26		
27			27		
28			28		
29			29		
30			30		

Domus ♃ diurna.
 Gaudium ♃.
 Exaltatio ♃ 3. gradu.
 Casus ♃ 3. gradu.

Domus ♂ nocturna.
 Exaltatio ♂ 18 gradu.
 Casus ♃ 15. gradu.

Dd 4

DE NATIVITATVM

♁ G.	Triplie.	Faciei.	Termin.		X G.	Triplie.	Faciei.	Termin.
1					1			
2					2			
3					3			
4					4	♀	h	
5	h	♀	♂		5			
6					6			♀
7					7			
8					8			
9					9			
10					10			
11			♀		11			
12					12			
13					13			
14					14		♄	♄
15	♂	♂			15	♂	♄	♄
16			♄		16			
17					17			♂
18					18			♂
19					19			
20					20			
21					21			
22					22			
23			♂		23			♂
24					24	♁		
25	♄	♁			25		♂	
26					26			
27			h		27			
28					28			h
29					29			
30					30			

Domus h diurna.
Gaudium h.

Domus ♄ nocturna.
Exaltatio ♀ 27. gradu.
Casus ♂ 15. gradu.

De

De gradibus Azemena.

♁	6	7	8	9	10		
♂	9	10	11	12	13	14	15
♄	10	27	28				
♃	19	29					
♂	1	7	8	18	19		
♁	26	27	28	29			
♃	18	19					

SI Sol aut Luna reperiantur in gradibus Azemenæ, male affecti, oculorum aciem hebetare consueverunt.

Vide Guidum Bonatū cap. 26. par 3.

D d 5



DE NATIVITATVM

De gradibus masculinis & foemininis
in quolibet signo.

	M.	F.	M.	F.	M.	F.	M.	F.
♈	7	12	16	22	30			
♉	7	19	30					
♊	17	23	30					
♋	2	7	10	12	18	20	27	30
♌	5	17	15	26	30			
♍	7	22	24	30				
♎	5	10	22	28	30			
♏	4	10	12	19	27	30		
♐	2	5	11	23	30			
♑	8	12	19	30				
♒	9	12	19	30				
♓	10	20	23	30				

Cap. 23.

In partibus & gradibus masculinis, siue foemininis, cuius genitura sit masculina, cuiusue foeminina, reperiatur. Nam si plures planetæ præsertim luminaria, fuerint in signis, & gradibus masculinis, diiudicato marem: in foemininis, foemellam. Alioquin puella erit virago, & masculinescet: puer verò, erit mollis, & foeminescet.

De

De gradibus vacuis & plenis.

	va.	pl.	va.	pl.	va.	pl.	va.	pl.
♈	3	8	17	20	26	30	0	
♉	3	11	14	21	26	30	0	
♊	0	7	9	14	17	23	30	
♋	6	12	14	18	20	29	30	
♌	0	7	10	14	20	30	0	
♍	5	9	11	17	23	27	30	
♎	0	5	13	16	24	27	30	
♏	3	8	14	20	22	27	30	
♐	0	8	11	19	23	30	0	
♑	7	10	15	20	24	30	0	
♒	4	9	13	19	22	30	0	
♓	6	12	15	19	25	28	30	

Quicumque in genitura, vnā stellam in gradibus plenis habuerint, mediocres erunt. Qui duas, ad omne foelicitatis genus accedent: præcipue si fuerint in suis domiciliis aut altitudinibus. Qui tres, vltra modum multiplicata foelicitatis ornamenta percipient. Qui verò quatuor, ad potentiam regiæ potestatis attingunt. Qui verò neque horoscopum, neque decimam, nec lumina

Cap. 24.

DE NATIVITATVM

luminaria, & alios planetas habuerint in plenibus partibus, erunt pauperes, miseri ab omnibus destituti, & ad omne infœlicitatis discrimen miseriarum cōtinuationibus applicati.

De gradibus augmentantibus fortunam.

♁	19						
♂	3	15	27				
♁	3	10	11	12	15		
♁	1	2	3	4	8	19	
♁	2	5	7	19	22	23	
♁	3	4	14	16	20		
♁	3	16	17	21	28	29	
♁	5	7	12	15	18	20	
♁	3	13	15	18	20		
♁	8	12	13	14	20	24	
♁	7	15	16	17	20	29	
♁	13	17	19	20			

Cap. 27. Luminaria, horoscopus, & medium cœli in gradibus augmentantibus fortunam, præcipue si reperiantur in finibus beneficarum stellarum, natorum fortunam augent, & ad altum gradum extollunt, etiam ex obscuris parentibus genitos.

De

De gradibus putealibus.

♈	6	11	16	23	29	
♉	5	12	24	25		
♊	2	12	17	26	30	
♋	12	17	23	26	30	
♌	6	13	15	22	23	28
♍	8	13	16	21	25	
♎	2	7	20	30		
♏	9	10	22	23	27	
♐	7	12	15	24	27	30
♑	2	7	17	22	24	28
♒	1	12	17	24	29	
♓	4	9	24	27	28	

Sunt porrò in signis, quidam gradus, qui Cap. 25.
 vocantur putei: nam quum fuerit planeta
 in aliquo eorum dicitur esse in puteo.

*Fortitudines, & debilitates planeta-
 rum cognoscere.*

SI scire volueris fortitudines, & debilita-
 tes planetarum: collige eius accidentia
 secundum hos sequentes numeros dignita-
 tum:

DE NATIVITATVM

tum:& ille planeta dicetur fortis, vel debilis, qui maiorem testimoniorum numerum habuerit. Cùm fortitudines & debilitates pares fuerint numero testimoniorum, mediocris planeta appellabitur. Ac quo maior testimoniorum, seu commodorum numerus fuerit, eo fortior planeta iudicabitur, & è contra.

FORTITVDINES.

	Liber à combustione, & radiis ☉.	5
	Si fuerit in corde Solis, cùm eius longitudo vltra 16.min. à Sole non distat.	5
Hæc in Sole nõ cõsiderantur.	Directus. Hoc in ☿ non consideratur.	4
	Orientalis è tribus superioribus.	2
	Occidentalis è duobus inferioribus.	2
	Luna aucta lumine, quòd fit à coniunctione in oppositione.	2
		In

In domicilio, aut receptione mutua ex domiciliis.	5
Velox cursu.	2
In exaltatione sua, vel receptione mu- tua ex exaltationibus.	4
In triplicitate sua.	3
In termino.	2
In facie.	1
In medio cœli, vel Ascendente.	5

In domo	<table border="0"> <tr> <td>{</td> <td>Septima.</td> <td rowspan="3">}</td> <td rowspan="3">—</td> <td rowspan="3">4</td> </tr> <tr> <td>{</td> <td>Quarta.</td> </tr> <tr> <td>{</td> <td>Vndecima.</td> </tr> </table>	{	Septima.	}	—	4	{	Quarta.	{	Vndecima.
{	Septima.	}	—				4			
{	Quarta.									
{	Vndecima.									

In domo Secunda, quinta.	3
In domo nona.	2
In domo tertia.	1

Partilis	{	Coniunctionis ♃ ♀.	5
	{	Trini ♃ ♀.	4
	{	Sextilis ♃ ♀.	3

Coniunctio	{	Regulus	{	Intra distan-	{	6

DE

DE NATIVITATVM

DEBILITATES.

	{	Combustus.	5
		Sub radiis.	4
		Retrogradus, hoc in ☉ non consideratur.	5
Hæc in	}	Occidentalis, è tribus superio- ribus.	2
Sole nõ			
cõfide-	}	Orientalis, è duobus inferiori- bus.	2
rantur.			
		Luna diminuta lumine, quòd fit ab oppositione in con- iunctione Solis.	2

In detrimento, id est in oppositione
suarum domorum. 5

Tardus. 2

In casu, id est in oppositione suarum
exaltationum. 4

Peregrinus. 5

	{	Duodecima.	5
In domo	}	Octava.	4
			Sexta.

	{	Coniunctionis h ☉.	5
Partilis	}	Oppositionis h ☉.	4
			Quadrati h ☉.

Coniunctionum cum capite Algol. 4
Veloci

Velocitatem & tarditatem cursus planetarum inquirere.

VElox cursu dicitur planeta, dum secundum signorum successionem motus verus velocior est medio eius motu: econtra tardus dicitur, dum retrogradè mouetur, aut tardiùs quàm medio eius motu progreditur, id facilè deprehenditur ex Ephemeridibus motus, cuiusuis planetæ diurnus eliciatur & medius motus eius in tabula mediorum motuum diurnorum planetarum inquiratur.

T A B V L A.

	Grad.	Min.	Sec.
♃	0	2	1
♄	0	4	59
♂	0	31	27
☼	0	59	8
♁	0	59	8
♂	0	59	8
♁	13	10	36

Ee











De fortitudine ac debilitate partis fortunæ.

PArtem fortunæ Ptolomæus non minus quàm planetam aliquem considerat, hoc tamen obseruando, quòd ei non tribuuntur aspectus, nisi quatenus à planetis aspicitur, quia est tantum locus cœli in quo Solis & Lunæ radij concurrunt, vt supra diximus. Eius fortitudines & debilitates quoque diligenter examinandæ sunt, quæ sumuntur primum à signis, in quibus constituitur. Deinde ab aspectibus planetarum. Tertio à loco figuræ cœlestis. Quarto à stellis fixis regiis, &c. Eadem prorsus ratione fortitudines, ac debilitates singularum domorum cœlestium examinandæ sunt, vt partis fortunæ.

Distinguntur autem numeris suis hoc pacto.



DE NATIVITATVM

Pars fortunæ debilis & infortuna- nata est in	Signo		5								
	Signo		nec dat nec adimit.								
	Aspectu		Coniunctionis h	♈	5						
							Oppositionis. h	♈	4		
											Quadrati h
	Domo		In finibus h vel	♈	2						
							Duodecima.	5			
										Octaua.	4
		Cum capite Algol.	4								
				Combusta.	5						

AD

AD ILLUSTRISSIMUM

Dominum ex Equestri ordine Regis Christianissimi, dominum

Nicolaum ex Triuultij familia,

Vigeuinique

Marchionis filium.

S.



AEPE saepius me rogasti, illustrissime Nicolae, ut modum cognoscendi horas planetarum in quocunque die currentium tibi traderem: quod quidem non facerem nisi tibi morem gerere vehementissime cupiissem. Canones ipsarum tractavi, tabulasque construxi, quin etiam de significatione earundem aliquid novi dixissem, nisi iniuria temporum me maxime infestasset. Pulchra quidem res est, tuaque digna consideratione. Verum si de ipsis exactam cognitionem habere volueris perlege librum Bethem de significationibus horarum in quo quidem libro doctissime ab ipso explicata fuerunt quid sibi velint horae, quid ve significare voluerint. Accipe igitur hoc meum qualecunque fuerit munusculum tuoque sub praesidio in lucem proditum conseruare digneris. Quod quidem si libenter acceperis mihi gratissimum fuerit: fiet enim quia liberalitatem tuam, tuoque animi benignitatem facile semperque cognoui. Vale & me ama.

Ee 3

DE NATIVITATVM

Tabula medijs motus Solis secundum Alphonsum.

	Iāuarius.	Februar.	Martius.	Aprilis.	Maius.	Iunius.
Dies	Gr. M.	Gr. M.	Gr. M.	Gr. M.	Gr. M.	Gr. M.
1	20. ♄ 3	21. ♃ 34	20. ♃ 37	21. ♄ 4	20. ♃ 1	19. ♃ 35
2	21. 4	22. ♃ 35	21. ♃ 36	22. ♄ 3	20. ♃ 59	20. ♃ 32
3	22. 6	23. 36	22. 36	23. 1	21. 56	21. 29
4	23. 7	24. 36	23. 35	23. 59	22. 54	22. 26
5	24. 8	25. 37	24. 35	24. 58	23. 51	23. 23
6	25. 9	26. 37	25. 34	25. 56	24. 48	24. 20
7	26. 11	27. 38	26. 33	26. 54	25. 46	25. 17
8	27. 12	28. 38	27. 32	27. 52	26. 43	26. 14
9	28. 13	29. 38	28. 31	28. 50	27. 41	27. 11
10	29. 14	0. ♃ 39	29. 30	29. 48	28. 38	28. 8
11	0 ♃ 16	1. 39	0. ♄ 29	0. ♃ 47	29. 35	29. 5
12	1. 17	2. 39	1. 28	1. 45	0. ♃ 32	0. ♃ 2
13	2. 18	3. 39	2. 27	2. 43	1. 30	0. 59
14	3. 19	4. 39	3. 26	3. 41	2. 27	1. 56
15	4. 20	5. 40	4. 25	4. 38	3. 24	2. 53
16	5. 21	6. 40	5. 24	5. 36	4. 21	3. 50
17	6. 22	7. 40	6. 23	6. 34	5. 18	4. 47
18	7. 23	8. 40	7. 22	7. 32	6. 16	5. 44
19	8. 24	9. 40	8. 21	8. 30	7. 13	6. 41
20	9. 25	10. 40	9. 20	9. 28	8. 10	6. 38
21	10. 26	11. 40	10. 18	10. 25	9. 7	8. 35
22	11. 27	12. 40	11. 17	11. 23	10. 4	9. 32
23	12. 28	13. 40	12. 15	12. 21	11. 1	10. 29
24	13. 29	14. 39	13. 15	13. 18	11. 58	11. 26
25	14. 30	15. 39	14. 13	14. 16	12. 55	12. 23
26	15. 31	16. 39	15. 12	15. 14	13. 53	13. 21
27	16. 31	17. 38	16. 10	16. 11	14. 50	14. 18
28	17. 22	18. 38	17. 9	17. 8	15. 47	15. 15
29	18. 33	19. 38	18. 8	18. 6	16. 44	16. 12
30	19. 33		19. 7	19. 4	17. 41	17. 9
31	20. 34		20. 6		18. 38	

Tabula medij motus Solis, secundum Alphonsum.

	Iulius.	August ⁹ .	Septēber	October	Nouēb.	Decēber.
Dies	Gr. M.	Gr. M.	Gr. M.	Gr. M.	Gr. M.	Gr. M.
1	18. 59 6	17. 52 43	17. 44 44	17. 20 20	18. 30 30	19. 5 5
2	19. 3	18. 40	18. 43	18. 19	19. 31	20. 7
3	20. 0	19. 38	19. 42	19. 19	20. 32	21. 8
4	20. 57	20. 36	20. 40	20. 19	21. 33	22. 10
5	21. 54	21. 33	21. 39	21. 19	22. 34	23. 11
6	22. 51	22. 31	22. 38	22. 19	23. 35	24. 12
7	23. 48	23. 29	23. 37	23. 19	24. 36	25. 14
8	24. 45	24. 26	24. 36	24. 19	25. 37	26. 15
9	25. 42	25. 24	25. 34	25. 19	26. 38	27. 17
10	26. 40	26. 22	26. 33	26. 19	27. 39	28. 18
11	27. 37	27. 20	27. 32	27. 19	28. 40	29. 20
12	28. 34	28. 18	28. 31	28. 20	29. 41	0. 21
13	29. 31	29. 16	29. 30	29. 20	0. 42	1. 23
14	0. 28	0. 14	0. 29	0. 20	1. 44	2. 24
15	1. 26	1. 12	1. 28	1. 20	2. 45	3. 27
16	2. 23	2. 10	2. 28	2. 21	3. 46	4. 28
17	3. 21	3. 8	3. 27	3. 21	4. 48	5. 29
18	4. 18	4. 6	4. 26	4. 21	5. 49	6. 30
19	5. 15	5. 4	5. 25	5. 22	6. 50	7. 32
20	6. 12	6. 3	6. 25	6. 22	7. 51	8. 33
21	7. 9	7. 1	7. 24	7. 23	8. 52	9. 35
22	8. 6	7. 59	8. 24	8. 23	9. 54	10. 36
23	9. 4	8. 58	9. 23	9. 24	10. 55	11. 38
24	10. 2	9. 56	10. 23	10. 25	11. 56	12. 39
25	11. 0	10. 55	11. 22	11. 25	12. 57	13. 40
26	11. 57	11. 53	12. 22	12. 26	13. 59	14. 42
27	12. 55	12. 51	13. 21	13. 27	15. 0	15. 43
28	13. 52	13. 50	14. 21	14. 27	16. 1	16. 45
29	14. 50	14. 48	15. 20	15. 28	17. 2	17. 46
30	15. 47	15. 46	16. 20	16. 29	18. 4	18. 47
31	16. 45	16. 47		17. 29		19. 49

DE NATIVITATVM

Locum Solis in meridie inuenire.

Locum Solis in zodiaco sic facilimè inuenies. Quære diem tui mensis in extremitate sinistra tabulæ, vbi vides numerum descendere, & augeri ab vno vsque ad triginta vnum. nam hanc numeri summam nullus mensis in diebus excedit, & mox sub mensis tui titulo apparebit gradus, & minutum vnà cum signo zodiaci ad dexterã scripto, in quo Sol tunc est iuxta medium motum. Voco autem hic motum, medium motum, quòd ob bissextum, singulis quatuor annis intercalandum, oporteat adhuc ei aliquid superaddere, vel subtrahere, vt habeas verum motum. Id autem fit hoc modo, Intra cum anno Christi corrente tabulam æquationis hic adiunctam, & quicquid è regione in gradibus, & minutis inueneris, adde medio motui prius inuento, scilicet in Tabula supputandi verum locum Solis, & prodibit verus motus, seu locus Solis ab apparente æquinoctio. In anno tamẽ communi, hoc est, qui non est bissextus, facta huiusmodi additione, post Februarium semper demendus est gradus vnus vsque ad finem Decembris. Quòd si quis cupiat tabellam æquationis in longiores extendere annos, is

singulis

singulis quartis annis superaddat ferè vnū minutum: vt annus Christi currens 1562. habebit pro æquatione, gradum nullum, minuta 46. igitur quartus ab hinc annus, nēpe 1566. habebit pro æquatione, gradum nullum, minuta 48. Sic annus sequens, videlicet 1571. habet gradum vnum, minutum vnum. at annus quarto numero ab eo distans, qui est annus Christi 1575. vltra vnum gradum, habet minuta 3. & sic deinceps.

Sed nunc exemplum est subiungendum, quo pacto verus Solis locus sit quærendus. Anno Christi 1563. corrente vigesima quinta die Aprilis, in qua & diui Marci memoria celebratur, ad meridiem eiusdem diei, volo verum Solis locum inuestigare: ideo in tabella supputandi verum locum Solis sub titulo Mensis Aprilis descendendo vsque ad vigesimum quintum diem, quē ad sinistram in extrema linea inuenio, & in communi mensis, & diei angulo inuenio medium Solis locum esse gradus 13. & minuta 51. idque in signo Tauri. Notabo igitur hunc motum. Deinde intro cum eodem Christi anno, in tabulam æquationis, & inuenio gradum nullum atque minuta 52. quæ addo medio motui, & colligo gradus 14. atque minuta 43. &

DE NATIVITATVM

quoniam est annus communis, & mensis Aprilis sequitur Februarium, auferendus est gradus vnus, & tūc relinquitur verus Solis locus, videlicet, 13. gra. & 43. min. in Tauro. Quòd si anno Christi 1564. eadē die habere volueris verū solis locū, addes medio motui duntaxat 39. min. pro æquatione, & nullum subtrahas grad. eo quòd sit annus bissextus.

Tabula æquationis Solis.

Anni Christi.	Æquatio. Grad. Min.	Anni Christi.	Æquatio. Grad. Min.
1567	0. 59	1582	1. 22
B 1568	0. 44	1583	1. 7
1569	1. 30	B 1584	0. 52
1570	1. 16	1585	1. 38
1571	1. 1	1586	1. 24
B 1572	0. 46	1587	1. 9
1573	1. 32	B 1588	0. 54
1574	1. 18	1589	1. 40
1575	1. 3	1590	1. 26
B 1576	0. 48	1591	1. 11
1577	1. 34	B 1592	0. 56
1578	1. 20	1593	1. 42
1579	1. 5	1594	1. 28
B 1580	0. 50	1595	1. 13
1581	1. 36	B 1596	0. 58

*Horam inæqualem per tabulas
depræhendere.*

Horam inæqualem quouis tempore dato ita exquires. Ingredere tabulam quantitatis dierum, & quære à latere signum & gradum Solis illius diei: & tunc per lineam transuersalem habebis arcum semidiurnum & seminocturnum cum quantitate temporis horæ inæqualis planetarum, quam quærebas. Habito ergo tempore vnius horæ diurnæ: per multiplicationem ipsius, cæterarum terminum facile elicies. Nam si hoc temporis spacium Ortui Solis adieceris, primam diei horam habebis. Si verò duplum addideris Ortui iam dicto, mox secunda diei hora emerget, & sic deinceps per additionem vnius horæ continuabis vsque ad Solis occasum. Idem etiam de principio noctis efficies, distribuendo semper arcum nocturnum per portionem horariam: vt patet per tabulam præsentem, &c.

~*~

DE NATIVITATVM

Tabula quantitatis dierum ad latitudinem grad. 45.

Gr. N.	☉	semidiur n ^o arcus.			Horę pla- netarum		Arcus se- minoet.		Horę pla- netarum		Gr.
		Gr.	H.	M.	M.	Sec.	H.	M.	M.	ſ.	
0		6.	0	60	0	6.	0	60.	0	30	
1		6.	2	60.	20	ſ.	58	ſ9.	40	29	
2		6.	3	60.	30	ſ.	57	ſ9.	30	28	
3		6.	5	60.	50	ſ.	55	ſ9.	10	27	
4		6.	7	61.	10	ſ.	53	ſ8.	50	26	
5		6.	8	61.	20	ſ.	52	ſ8.	40	25	
6		6.	10	61.	40	ſ.	50	ſ8.	20	24	
7		6.	11	61.	50	ſ.	49	ſ8.	10	23	
8		6.	13	62.	10	ſ.	47	ſ7.	50	22	
9		6.	14	62.	20	ſ.	46	ſ7.	40	21	
10		6.	16	62.	40	ſ.	44	ſ7.	20	20	
11		6.	17	62.	50	ſ.	43	ſ7.	10	19	
12		6.	19	63.	10	ſ.	41	ſ6.	50	18	
13		6.	21	63.	20	ſ.	39	ſ6.	30	17	
14		6.	22	63.	40	ſ.	38	ſ6.	20	16	
15		6.	24	63.	50	ſ.	37	ſ6.	10	15	
16		6.	26	64.	20	ſ.	34	ſ5.	40	14	
17		6.	27	64.	30	ſ.	33	ſ5.	30	13	
18		6.	29	64.	50	ſ.	31	ſ5.	10	12	
19		6.	30	65.	0	ſ.	30	ſ5.	0	11	
20		6.	32	65.	20	ſ.	28	ſ4.	40	10	
21		6.	33	65.	30	ſ.	27	ſ4.	30	9	
22		6.	35	65.	50	ſ.	25	ſ4.	10	8	
23		6.	36	66.	0	ſ.	24	ſ4.	0	7	
24		6.	38	66.	20	ſ.	22	ſ3.	40	6	
25		6.	40	66.	40	ſ.	20	ſ3.	20	5	
26		6.	41	66.	50	ſ.	19	ſ3.	10	4	
27		6.	43	67.	10	ſ.	17	ſ2.	50	3	
28		6.	44	67.	20	ſ.	16	ſ2.	40	2	
29		6.	46	67.	40	ſ.	14	ſ2.	20	1	
30		6.	47	67.	50	ſ.	13	ſ2.	10	0	
			Arcus se- minoet.		Hor. pla- netarum		Arcus se- midiur.		Hor. pla- netarum		ny X D. N.

Diurna quidem in Borealiſibus ſignis

Nocturna verò in Auſtralibus

Tabula quantitatis dierum ad latit. grad. 45.

W N.	D.	Arcus f. - midiur		Hor. pla- netarum		Arcus fe- minoct.		Hor. pla- netariz.			
☀	Gr.	H.	M.	M.	Sec.	H.	M.	M	5.	Gr.	☀
0	6.	47	67.	50	5.	13	52.	10	30		
1	6.	48	68.	0	5.	12	52.	0	29		
2	6.	50	68.	20	5.	10	51.	40	28		
3	6.	51	68.	20	5.	9	51.	30	27		
4	6.	53	68.	50	5.	7	51.	10	26		
5	6.	54	69.	0	5.	6	51.	0	25		
6	6.	56	69.	20	5.	4	50.	40	24		
7	6.	57	69.	30	5.	3	50.	30	23		
8	6.	59	69.	50	5.	1	50.	10	22		
9	7.	0	70.	0	5.	0	50.	0	21		
10	7.	1	70.	10	4.	50	49.	50	20		
11	7.	3	70.	30	4.	59	49.	30	19		
12	7.	4	70.	40	4.	56	49.	20	18		
13	7.	5	70.	50	4.	55	49.	10	17		
14	7.	7	71.	10	4.	53	48.	50	16		
15	7.	8	71.	20	4.	52	48.	40	15		
16	7.	9	71.	30	4.	51	48.	30	14		
17	7.	11	71.	50	4.	49	48.	10	13		
18	7.	12	72.	0	4.	48	48.	0	12		
19	7.	13	72.	10	4.	47	47.	50	11		
20	7.	15	72.	30	4.	45	47.	30	10		
21	7.	16	72.	40	4.	44	47.	20	9		
22	7.	17	72.	50	4.	43	47.	10	8		
23	7.	19	73.	10	4.	41	46.	50	7		
24	7.	20	73.	20	4.	40	46.	40	6		
25	7.	21	73.	30	4.	39	46.	30	5		
26	7.	22	73.	40	4.	28	46.	20	4		
27	7.	23	73.	50	4.	27	46.	10	3		
28	7.	24	74.	0	4.	26	46.	0	2		
29	7.	25	74.	10	4.	25	45.	50	1		
30	7.	26	74.	20	4.	24	45.	40	0		
		Arcus fe- minoct.		Horę pla- netarū.		Arcus fe- midiurn.		Horę pla- netarū.		♊	♋
										D.	N.

DE NATIVITATVM

Tabula quantitatis dierum ad latit. grad. 45.

→ N.	Π D.	Arcus se- midiur.		Hor. pla- netarum		Arcus se- minoc̄t.		Hor. pla- netarū.		Gr.
		Gr.	H. M.	M. Sec.	H. M.	M. Sec.	Gr.			
0	7.	26	74.	20	4.	34	45.	40	30	
1	7.	27	74.	30	4.	33	45.	30	29	
2	7.	28	74.	4	4.	32	45.	20	28	
3	7.	29	74.	50	4.	31	45.	10	27	
4	7.	30	75.	0	4.	30.	45.	0	26	
5	7.	31	75.	10	4.	29	44.	50	25	
6	7.	32	75.	20	4.	28	44.	40	24	
7	7.	33	75.	30	4.	27	44.	30	23	
8	7.	34	75.	40	4.	26	44.	20	22	
9	7.	35	75.	50	4.	25	44.	10	21	
10	7.	36	76.	0	4.	24	44.	0	20	
11	7.	36	76.	0	4.	24	44.	0	19	
12	7.	37	76.	10	4.	23	43.	50	18	
13	7.	38	76.	20	4.	22	43.	40	17	
14	7.	38	76.	20	4.	22	43.	40	16	
15	7.	39	76.	30	4.	21	43.	30	15	
16	7.	39	76.	30	4.	21	43.	30	14	
17	7.	40	76.	40	4.	20	43.	20	13	
18	7.	40	76.	40	4.	20	43.	20	12	
19	7.	41	76.	50	4.	19	43.	10	11	
20	7.	41	76.	50	4.	19	43.	10	10	
21	7.	42	77.	0	4.	18	43.	0	9	
22	7.	42	77.	0	4.	18	43.	0	8	
23	7.	42	77.	0	4.	18	43.	0	7	
24	7.	42	77.	0	4.	18	43.	0	6	
25	7.	42	77.	0	4.	18	43.	0	5	
26	7.	42	77.	0	4.	18	43.	0	4	
27	7.	43	77.	10	4.	17	42.	50	3	
28	7.	43	77.	10	4.	17	42.	50	2	
29	7.	43	77.	10	4.	17	42.	50	1	
30	7.	43	77.	10	4.	17	42.	50	0	
		Arcus se- minoc̄t.	Horę pla- netarū.	Arcus se- midiurn.	Horę pla- netarū.			D. N.		

Dominum horæ diei & noctis reperire.

Inuenta hora certa diei inæquali, per præcedentia capita reperta, quære in tabula sequenti diem ebdomodæ annotatam: mox in angulo communi per lineam transfuersalem è regione diei sub hora iam quæsita, dominus illius horæ apparebit: idem facies nocturno tempore, quærendo dictum dominatorem horæ in parte altera tabellæ nocti deseruiente.



Tabula dominorum horarum inæqualium.

DE NATIVITATVM																								
	Horæ inæquales diei.												Horæ inæquales noctis.											
	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12
Dom.	☉	♂	♃	☉	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	
Lunæ	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	
Mar.	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	
Merc.	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	
Iou.	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	
Venc.	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	
Sat.	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	♁	

Regula

Regulæ, ex quibus verificatur iudicium in natiuitatibus & revolutionibus.

QVum omnis res, quæ docenda suscipitur, postquam fuit diuisa in suas partes pro omnium cautione semper oportet demonstrare suas regulas, ex quibus verificatur iudicium in ipsa scientia. Quoniam ille sapiens Astrologus Abrahamus Auenaris dixit quòd omnis sapiens qui se immiscet scientiæ iudiciorum, & sapientia caret omnino superiori, contingit interdum eius falsificari iudicia: eo quòd sibi non præcauet ab iis, quæ ipsum præcauere oportet: vnde dicendum est: iudicia vniuersalia disturbare particularia: de quibus quidem octo notificabo modos.

Primus quoque est: quoniam ipsum scire oportet cuius legis sit natus, quia si fuerit Iudeus, & viderit in adæquatione stellarum natiuitatem eius, quod ipse debet esse rex: non tamen est iudicare, quoniam omnes iudei sunt in captiuitate propter eorum incredulitatem: ita quòd ista vis particularis minime debet vniuersale disturbare. Sed rectum est, vt indicet natum permansurum cum regibus, permiscebiturque illis: ac in-

DE NATIVITATVM

tromittet se in eorum esse: ipse tamen Rex non erit. Et similiter si inueneris Saturnum in natiuitate iudei in domo nona, denotat fidem infirmam in eius lege. Si autem taliter fuerit in natiuitate saraceni, ita continget.

Secundus est ex parte climatis: quoniam natus in terra Maurorum: & si Venus fuerit cum Luna in Ascendente, non tamen iudicare est natum pulchrum, & album, respectu hominum alterius climatis: Erit autem talis relatus hominibus sui climatis: & similiter si planeta principalior in eius natiuitate fuerit Mercurius, non propter hoc iudicare debemus eum sapientem omnibus generibus scientiæ: non enim contingit sapientem, astutum nasci in terra Aethiopiæ: propter vim quidem caloris Solis, in hoc non potest eius natura esse æqualis, iudicare tamen est ipsum astutum respectu hominum sui loci.

Tertius est vniuersale contingens propter coniunctionem magnam in qualibet triplicitate. Quoniam si fuerit in coniunctione, ex qua accidit gladiari in aliqua ciuitate: & si aliqui natorum illius terræ non debeant gladio interimi: tamen cum gladio occurret

occurreret comprimere per omnes.

Quartus est illud quod contingit propter reuolutionē anni. Si enim reuolutionis causa morbus alicui contingat primæ notæ: quamuis ex parte natiuitatis sint aliqui qui non debeant anno illo ægrotare: ægrotabunt tamen, quoniam particulare vniuersale non disturbat: vt patet de pestis infirmitate.

Quintus est illud quod est ex parte ætuum progeniei. Si enim fuerint duo nati hora vna, & in vna patria. Sitque alter filius Senescalchi, alter verò famulantis serui: monstraturque vigore natiuitatis eorum ad gradum sublimitatis, & dominium condescendere. Ascendent in esse proportionatum: Filius enim Senescalchi efficietur Rex: serui autem filius efficietur mercator lucratiuus: & homo magnæ autoritatis, & potentiæ, inter ciues illius ciuitatis.

Sextus est commune, quod Regis causa interuenit: ius enim ipsius est vt ius totius. Quoniam si fuerit in natiuitate Regis, quod egredi debeat ad bellum, multos homines adducet in bellum: quorum nullus secundum natiuitatem suam mutatus fuisset ab eius loco.

DE NATIVITATVM

Septimus, ex parte naturæ. Quoniam si aliquis hyeme mare ingrediatur in naue, fueritque tempestosum: quamuis in ascendenti gradu ponatur Iupiter, aut Venus, qui sunt fortunæ: non tamen omnino saluabitur: quoniam si tempore natura est vniuersale: & electum particulare sibi valebit minime: & hoc modo mille hominum sunt mari submersi. Neque inuentum est secundum ipsorum natiuitatem illos anno tali mori. Inuentum tamen est, in natiuitate cuiuslibet illorum quòd vnus principantium vitæ, ad locum periculosum debet attingere: qui si non fuerit in mari (qui locus existit periculosus) sibi parum contigisset nocuementi, fuissetque liberatus.

Octauus modus est vniuersale, quod ratione fortitudinis animæ contingit: id est sapientiæ. Si enim natus est sapiens in scientia signorum, videritque in reuolutione sui anni morbum se incurrere ex caliditate, tempore præcognito, quando Mars peruenit ad gradum ascendenti: tunc quidem præseruabit se ab omni cibo calido, ante morbi aduentum, & potabit refrigeratiua corporis sui: tunc enim sui corporis temperabitur contrario, quando Mars ad gradum
perue

peruenerit ascendens. Et similiter inest illi qui toto suo corde sperat in Deo. Deus enim mutabit circuitus, & ante ipsum præparatæ sunt operationes occasionum, vt saluetur à nocumento sibi futuro propter natiuitatem. Nequaquam enim dubium est in eo iudicium Astrologiæ: vt dictum est & diuinator commixtus. Fœlix nanque ille, qui cor habet perfectum cum Deo optimo maximoque, cui laus, honor, & gloria in seculorum secula.

F I N I S.

ERRATA.

- Folio 18. facie. 1. versu. 5. pro leniora. lege leuiora
 fol. 28. fac. 1. vers. 23. dominam. lege dominum
 fol. 30. fac. 1. vers. 9. signator. lege significator
 fol. 31. fac. 1. vers. 14. Si. Si superabundat
 fol. 42. fac. 1. vers. 9. fuerint. lege fuerit
 fol. 48. fac. 1. vers. 10. mulieries. lege mulieres.
 fol. 49. fac. 1. vers. 24. conspectum. lege aspectum
 fol. 52. fac. 2. vers. 7. fuerit. lege fuerint
 fol. 64. fac. 1. vers. 12. erum. lege rerum
 fol. 67. fac. 2. vers. 22. fuerit. fuerit. superabundat.
 fol. 71. fac. 2. Diuisio. Diuisor
 fol. 87. fac. 1. lib. 35. lege lib. 2.
 fol. 95. fac. 1. vers. 23. fottunæ. lege fortunæ
 fol. 106. fac. 1. vers. 25. incolumnitate. lege incolum-
 mitate
 fol. 108. fac. 2. vers. 9. Internum. lege In tertium
 fol. 110. fac. 2. vers. 16. venerum. lege venereum
 fol. 114. fac. 1. vers. 14. vnlnera. lege vulnera.
 fol. 125. fac. 2. vers. 6. deposirum. lege depositorum.
 fol. 126. fac. 2. vers. 21. simulates. lege simultates.
 fol. 131. fac. 1. vers. 23. dabitmus. lege dabimus
 fol. 135. fac. 1. vers. 12. trinus. lege trinum.
 fol. 156. fac. 1. lege De infortuniis, accidentibus, & pe-
 riculis
 fol. 160. fac. 2. vers. 5. respicente. lege respiciente
 fol. 171. fac. 1. vers. 7. facta. lege fata
 fol. 171. fac. 1. vers. 11. facta. lege fata
 fol. 176. fac. 2. vers. 10. infortunata. lege infortuna
 fol. 182. fac. 2. vers. 26. domus. lege domo
 fol. 183. fac. 2. vers. 2. oftio. lege offitio
 fol. 183. fac. 2. vers. 21. infortunata. lege infortuna
 fol. 193. fac. 1. vers. 22. eclispatus. lege eclipsatus.

Don Juan de los Rios

benigno
ni tu
inter ni

Maria
mariade
xpo



[A small, rectangular, light-colored label is affixed to the bottom right corner of the book cover. The text on the label is illegible due to the image quality.]

20

215